

Theatri tabidorum vestibulum: seu exercitationes dianoeticae cum historiis et experimentis demonstrativis / [Christopher Bennet].

Contributors

Bennet, Christopher, 1617-1655

Publication/Creation

London : Typis Tho. Newcomb for S. Thomson, 1654.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/h6tp4494>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



BENNETT O.
THEATRI TABIDORUM
VESTIBULUM

1654








MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER


PRESS MARK

BENNET, C.



Deatn' Latidorum Vestib.
Idam huius novae descriptio
de Arthritide per Gussan.
Ducret.

De Intenit. Alchymica
per Nic. Guibert.



Theatri Tabidorum Vestibulum:

SEU

EXERCITATIONES DIANOETICÆ

CUM

LONDON. MEDICÆ
HISTORIIS

ET

EXPERIMENTIS

FOR DEMONSTRATIVIS.

QUIBUS

*Alimentorum respectu subtractionis
& distributionis;*

Necnon SANGUINIS & Succī nutritiī
innatantis, respectu qualitatis, consistentiæ, matu-
ritatis, & circulationis, vitia deteguntur,

In Morbis plerisque;

Præsertim Pthisi, Atrophia & Hectica.

Πτυσθγία annectitur, & rubentis Sanguinis
causa propalatur.

Per CHRISTOPH. BENNETTUM M.D.
& Collegii Londinensis Socium.


Londini, Typis Tho. Newcomb, Impensis Sam:
Thomson ad insigne Equi candidi, in Cœmeterio
PAVLINO, M. DC. LIV.



CLARISSIMO
ET
ORNATISSIMO VIRO
DOM.

Doctori Prujeano,
COLLEGII

Medicorum Londinensium Præsidi;
S.

 Uisquis invere-
cundius otia tua
interpellat, *Præ-*
ses Excellentissime
in naturam (cu-
jus minister Medicus) piacu-
lum admisisse videatur. Te
tamen scissitante, aliisq; So-
cietatis

cietatis Collegis, Meditationes nostras de Tabæ, nec non
seriem remediorum reticere nolui, & ut iussis vestris in-
servirem, literis mandavi;; Malim enim aliqua temere
effutire, quam tibi cæterisq;; Collegis, quibus tam arctè
humanitate & amicitia de-
vinctus fui, in minimis aut
maximis (quantum value-
rim) defuisse. Præstiti itaque;
Sed ne quorundam stomachis
insolitorum ingluvies nause-
am concitaret, exercitationes
aliquot cum Historiis & ex-
perimentis apodicticis, vice
condimenti, præmittere vi-
sum est. Si quippe quæ in
atrio

atio-
non
icere
s in-
avi;
nere
rifo;
rctē
de-
aut
ue-
ue;
his
ne-
nes
ex-
ice
vi-
in
rio

atrio praelibantur placuerint,
quæ in Theatro comparata
sunt ingeniosissimis & mode-
stioribus (*i. e.*) doctissimis,
qui semet multa latuisse cog-
noverint, gratissima fore du-
xerim, an cœteris arriserint,
parum refert, neque enim il-
lis invigilaverit

Tuis addictissimus

C. B.

Novemb: 26.
Ann. 1653.

Præ-



PRÆMISSUM
LECTORI
ALLOQUIUM.

IYpis tandem vel invitus
foetura abortivam per-
misi, non quippe præ-
conceptam, sed super-
foetationis obiter adve-
nientis prolem in lucem edidi; ma-
numissam tamen non dimicantis
laurum, sed veritatem asserentis
olivam reportaturam minimè du-
bitarem. Noluit insons sacrosan-
ctas Methodi Medicæ leges violare,
multo

multo minus conculcare ; ut tamen
foveatur & adolescat, maluit scatu-
riginis crySTALLINI momentum è fon-
te fluxisse, quàm rivulorum turbi-
dorum & spurcitie diffluentium
anfractus numerosos confectari. Nec
aspernabere, quia incana aut nuper-
rimè accessit; observationum enim
certitudine, opinionum aliquot an-
tiquitùs receptarum fallaciam fide-
liter ac succinctè perstrinxit, no-
luitque Matris crasin & præcepta
ex authorum tantummodo captu
discere ac metiri; nec sibi omnia
verba olim inventa & parata suffe-
cerint, sed nonnulla de novo fabri-
candi licentiam assumpsit; rebus
etenim, non verbis à cunabulis in-
cubuit. Pedes porrò non ex vul-
gari nutu componere didicit, sed
extra tritam aliquoties errantium
semitam transposuisse ausa est. Ma-
luit

luit denique (quod condonent ingeniosissimi) naturam ipsam, quàm ejus simias venerari & contemplari.

*Quo me cunque rapit tempestas, deferor hospes,
Nullius addictus jurare in verba Magistri.*

Viro

Viro Doctissimo ac sibi Amicissimo

D O M I N O

Doctori BENNET,

*Vestibulum Theatri Tabidorum
edenti:*

Gratulatio Collegæ.

PErimus (ecce!) nos Laryngis uvidi
Malo petiti, & humidâ graves lue.
Facient quibus cruenta tussis imperat
Locis in omnibus; nec ullus attulit
Opem gementibus: truces ad inferos
Fit indies acerba pronior via,
Saturq; stertit Orcus. Alma sed Salus
Respexit, & dedit miserta vindicem.
Ades (Amice!) mente promptus & manu;
Vetusta pharmacis novis fugans mala.
Faceffat orbe anhela tussis illico,
Et inquilina cordis Hectica exulet
Feralis; & Marasmus ipse marceat.
Valete saccharumque, Lac, tabellaque
Dicata pectori humido, & tenax Lohoc.
Valete denuo. Renidet ecce jam
Salus reversa; cumque tabe Luridâ
Hiulca vena non timetur amplius.

AD

A D
DOCTISSIMUM
BENETTUM.

R Arrior ingenii proles vitalis in ævum;
Quin patitur morbos pagina nata suos,
Illam vel primis Lethargus possidet annis,
Illam Marcor habet, vermibus illa scatet.
Hanc rapit ad fœdas turpis Diarrhœa cloacas,
Atque excrementis chartula plena perit.
Perdidit & varios Febrilis Flamma libellos,
Quorum post cineres gloria rara venit.
Sed tua progenies fœlici sydere vivet,
Ludet & extremum pagina sana rogam.
Lethalis tabes tibi longos attulit annos,
Quæ mors est aliis Hectica, vita tibi.

THO: CROYDEN, M. D.
Coll. Lond.

A D

AD ORNATISS:
DOCTISSIMUMq; VIRUM
DOM:

D^r BENETTUM,

Vestibulum edentem.

JAm novum lumen refluos canales
Lustrat, & Clausi maris uda monstra,
Et dolos cecis sinubus natantes
Detegit orbi.

Quæ lues, quod profluvium quietos
Turbat, humanos stimulatq; fluctus:
Hostis utque intus muriâ nocivus
Vellicat acri.

Et patet Pirata salinus arctum
Pectus infestans tenerosque tractus,
Ultimo dulces populans liquores,
Prædia vitæ.


Plura quid? nobis tuus est (Amice!)
Lumen, ast illis scopulus, libellus,
Namque

*Namque Pirata, latitansque prado
Naufragus inde.*

*Ecce Tabes, & malefida Tussis
Vi tuâ fracta pereunt, Senilis
Cymba delusa est, minitansque venis
Unda reducta.*

GEO: ROGERS M.D.

Coll. Lond.



PERITISSIMO AVTHORI.

Medicorum Sagacissime,

Cujus Vestibulum plura,
Quam aliorum Ædes, & Prædia continet:
Ea Inscribentis modestia est,
Id Scripti pondus, & Momentum.
In angustiis Latus, brevitæ Copiosus;
Moli non vacas, sed Utilitati.

Tramite incedis,
Aliorum pedibus aut nimis Ignoto,
Aut Difficili nimis.
Eodemque in Pelago quo alii Naufragium,
Tu Portum reperisti.

Tanti interest,
An quis Sciat, an se scire Credat;
Persuasum scilicet, an Exploratum habeamus.

Pthisin discutis,
Non authorum tantum Testimonio,
Sed Damno tuo:

Idem nempe aliquando extitisti
Et Æger, & Medicus.

Haud facile dictu,
Gravius Laboraveris, an Gloriosius evaseris.

Tabidorum Theatro præluforium hoc opus,
Marcescentis olim Tui, & penè, Sceleti Ana-
(tome..

Securiorem nusquam Lector adhibeas fidem :

Sensit, Curavit, Scripsit.

Quo alimenta debent ingeri,

Quo distribui doces ordine ;

Medici nescio, an Oraculi fide :

Adeo tuô spretô Tripode,

Non Dapes quidem, sed Escam arripiamus ;

Nec Vesci videamur, sed Capi potiùs.

Quid Sanguinem suo tingat rubore :

Quo sputa singula excernuntur omine ;

Quantum Læ noceat quantum Dulcia;

Quid Fonticuli,

Quid Sudor valeat,

Quid Suffumigia ;

Hæc omnia brevi. Multi Loquacius Tacent.

Mart. Lluellin. M.D.Col.Lond.

INDEX

INDEX CAPITUM.

CAP. I.

DE Subactione alimentorum, ut
& de ordine ingerendi, &
diætæ moderamine.

CAP. 2. De Saliva acida, seu de acido
ventriculi redundante.

CAP. 3. De colore Sanguinis.

CAP. 4. De totali Circulationis neces-
sitate & de particulari ejus in tabi-
da & in aliâ deficientia.

CAP. 5. De Narium hæmorrhagia.

CAP. 6. De Sanguinis congestione,
necnon de seri separati circuitu

CAP. 7, De Prodromis & præcantio-
ne sanguinis alienati

CAP. 8, De Fermentationum idæis &
specificatione

CAP. 9, De Vasculis liquorum alie-
natorum vectoriis, & de eorundem
dispositura

CAP. 10, De motu Sanguinis devio,
seu fluxione in primis pectoralia al-
luente

CAP. 11, De fluxionum prodromis.

CAP. 12, De diebus horisq; fluctua-
tionis diacriticis

CAP. 13, De fluxionum reductione &
proportione

CAP. 14, De Sanguine exotico seu de
sanguine extravasato stagnante

CAP. 15, De Sputi materia & es-
sentia in genere

CAP. 16, De vasculis Sputorum susce-
ptivis & modo expectorationis.

CAP. 17, De temporibus ^{advanc. & p. d.} di-
catis

CAP. 18, De Sputo albo Spumoso

CAP. 19, De Sputo subalbido pelluci-
do densabili

CAP. 20, De Sputo luteo

CAP. 21, De Sputo subcæruleo, sub-
nigro, & ferrugineo

CAP. 22, De Sputo Salino

CHAP.

CAP. 23, De Sputo subdulci

CAP. 24, De Sputo canoso & cinereo
sen purulento

CAP. 25, De Hæmoptosi curanda

CAP. 26, De γαλακτοποσία,

CAP. 27, De usu perdulcium

CAP. 28, De halituum & suffituum
administratione

CAP. 29, De fonticulis

CAP. 30, De Sudoribus.

Τω



Τὸν ἀνθρώπων ὁκῶν ἥδον' πότερον φιλοπό' καὶ ἀεισ' ἢ
καὶ ἀταλαίπωρον, ἢ φυλογυμνασάτε καὶ φιλόπονοι καὶ ἐδ' ἡ
δοὶ καὶ ἀποιοὶ καὶ ἀπὸ τετέων χρη ἐνδυμέεσθ' ἐκαστα. i. e.

Hominum quoque victus ratio, quam maxime delectatur inspicenda, an potui & cibis & otio dediti, an exercitationibus & laboribus gaudeant, & an edaces sint, & à potu sibi temperent. & ex his singula reputare oportet. Hipp. lib. de aere, locis & aquis. Sect. 3.

Ἦν μὲν γὰρ ὡς εὐρετὸν ὅτι τέτοις πρὸς ἐκάστω φύσιν οἷον μέτρον καὶ πίνων ἀειθμῶ, μὴ ἔχον ὑπερβολὴν μήτε ἐλάττω μὴτε ἐπὶ τὸ ἐλάττω, εὐερίσοι ἀν' ὑγίαι τῶσι ἀνθρώποις ἀκείως. i. e.

Si quidem præter hæc inventa fuerit ciborum mensura, laborum ad unamquamque naturam numerus, ita ut excessus neque supra neque infra modum fiat, inventa sane exacta fuerit sanitas. Hipp. lib. de diætâ, Sect. 4.

Τὰ γὰρ ἀνόμοια, σασιάζῃ, καὶ τὰ μὲν δαΐων, τὰ δὲ χαλαίτερον πέσῃ. i. e.

Seditionem enim movent quæ sunt inæqualia, aliâque citius, alia difficilior concoquuntur. Hipp. lib. i. de flatibus Sect. 3.

Τὸ γὰρ σῶμα ὑπὸ μὲν τῶν σιτίων ἴσων ἴσως πρέσῃ, ὑπὸ δὲ τῶν σῶμασι τὰ σιτία κρατέῃ ἐπὶ μὲν πλεον ἢ ἐλαττω πρὸς ἐνέμεν ἢ ὡς ἄλλο μέληδες κρατέῃ, κρατέῃ δὲ τὰ σιτία. i. e.

Corpus enim à cibis æqualibus æqualiter nutritur, corpore verò cibi superantur : ubi verò plus aut minus ingesserit aut alioqui mutatus fuerit, superatur, superatur.

tantur etiam & cibi. Hipp. lib. de locis in homine
Señ. 4.

Ἀνάγκη γὰρ ὁκόταν τῇ τρέφειν χειρὶ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ σῇ, ἐν-
θέν τε ἐξέσκηεν, ὃ μόνον τῷ τοῦ χειρὸς νοσήσιν γίνεσθαι,
ἀλλὰ καὶ ἐνθα ὀπίχνη, ὑπερπλάμυνον, ὀδυνην τε καὶ πόνον
παρέχον. i. e.

Cum enim horum aliquid secesserit, & per se constiterit,
necesse est non solum locum ex quo excessit morbo tenta-
ri, sed eum etiam in quem nimia copia influxerit, dolore &
labore vexari. Hipp. lib. de Nat. hom. Señ. 3. circa ini-
tium.

EXERCITATIO

De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme


De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme

De la nature de l'homme
De la nature de l'homme
De la nature de l'homme



Exe

De



nat

nece

men

na,

mille

men

conf



PRIMA
EXERCITATIO DIANOETICA,

*De subactione Alimentorum, in-
gerendi ordine, ut & de Di-
etæ moderamine.*



Tsi quilibet cibus ope ca-
loris funditur, & humidi
acescentis perluitur, ita
ut quelibet ejus parti-
cula, si rectè præstiterit
natura, nec flammulæ expandentis,
nec lymphæ rigantis indiga : Ali-
menta tamen propriis essentiis disso-
na, vel quoad consistentiam inæqualia
miscellaneo non intermiscuntur fer-
mento, nec partes cujuslibet minutæ
confusæ coïverint. Non etenim in

A

ven-

ventriculo subvertitur alimentum ,
 unde partes ejus invicem intrusę uni-
 antur, nec denuo ut in ore masticatur,
 aut agitatam & revolutam conteri-
 tur, nec ipsa cibi patitur materies,
 cujus partes quoad qualitates disso-
 ciatę dosim sibi met peculiarem &
 teporis & madoris exposcunt , &
 pro earundem differentia, citius vell
 seriũs fusionem & dilutionem sub-
 iere: Si verò dosis debita cujusvis
 defecerit, vel si tempus huic negotio
 assignatum & appropportionatum de-
 fuerit, aut excesserit, in qualitatem
 naturę minus familiarem faceffit.
 Quę demum de calore in partibus
 ventriculi & propter partium vici-
 niam inęqualiter dispensato asserun-
 tur, frivola & evanida apud eos ęsti-
 mantur, qui quodlibet corporis vass
 & viscus suo succo & calore deter-
 minato ab initio frui cognoverint.
 Coctio enim est Naturę congrua &
 fami-

familiaris fermentatio, seu mediocris
 & pacata assumptorum irrigatio, fu-
 sio, & subactio, ope caloris moderati
 in acore proprio & ingenito ventri-
 culi humido stabulantis consummata.
 Quum ideo solidiora fundum ven-
 triculi preoccupaverint, ita ut tene-
 rioribus (*i.e.*) fusioni & distributioni
 apte natis egressus maturus non præ-
 beatur, alimenta aliàs familiaria non
 solum nativo destituuntur genio, sed
 tumultuose agitantur, & in qualitates
 migrant naturæ irreducibiles. Medi-
 cina itaq; diætetica (quicquid og-
 gerunt Pseudochymici) non peran-
 gustis vallata est cancellis; & licet
 in referendis vasculorum osculis aut
 succorum sentinam sequestrando,
 parum expeditura videatur, sanita-
 tem tamen tuetur, & conspirante
 naturæ subsidio, *καταρρέιμγίων* ma-
 teriam adæquat, qualitates mo-
 derat, & *ὀργάσιν* compescit, nec

nec non sanguinem maturat: trésq;
 priores operationes naturæ familia-
 rissimæ in recta solum ciborum & po-
 tulentorum electione stetere, ultimæ
 verò in debita esculentorum dosi, &
 jejunii accommodatione, è quorum
 penu succus depromitur & qualifi-
 catur: Qui si putidus, sanguinem ta-
 bo polluit; si acrior & falsuginosior,
 tabe protrivit; si humidior, nimis in-
 tenerando lubricat & emollit; si fri-
 gidior, inspissando dispensationem
 retardat; si spiritu flatulentior, turgi-
 dum reddit; si calidior, succos fundit
 motumque sanguinis accelerando
μαχεσβιώτην præpedit. Alterationes sen-
 sim & sine sensu intulisse non infici-
 or, sine continuata tamen remedio-
 rum serie & diætæ *ὑπεραντιόσει* incorri-
 gibiles. His lædimur, & temperatissi-
 mis eupeptis utiliter relevamur, qui-
 bus jejunium artificiose adhibitum
 apprime associatur, & inter imbelles

vice exercitii optimum succedaneum.
 Hæc veruntamen designare non est
 cuiusvis, in quibus exequendis sedulò
 naturæ invigilandum, seriòq; pensi-
 tandum an succus vorax radicitus de-
 vastando, calor exestuans liquando,
 remissiòrve distantiora parcè rigando
 corpora depavére.

*Historia & Experimenta demon-
 strativa.*

Εὐπεπτα καὶ εὐανάδοτα, tenerioribus &
 invalidis alimonia amicabile, rustico
 exercenti & lacertoso porrecta in bi-
 lem retorridam faceffunt; si verò
 caseosa & è carne bubulâ parata,
 aut quælibet solidioris consistentiæ
 exhibueris, ei in nutrimentum ver-
 gunt accommodatissimum; at si
 quis streblitas, radices, puta dauci,
 turiones asparagi, saccharata buty-
 rosa, aut ex mollibus & friabilioribus

quibuscumque confecta primis epulis
ingurgitaverit, dein pullulos carnesque
teneriores, deinde carnem cervinam
aut bubulam; quæ primâ mensâ in-
gesta fuerint, maturè & tutò in inte-
stina secernuntur: Si verò vice ver-
sa supermandatur, non rarò nauseam
capitis dolorem tensivum, amarorem
ructus, aliave turbatae coctionis signa
procreant.

Pridie fluxionis periodicæ in ple-
risque; quum materia errabunda pectus
& viscera naturalia alluisset, ventri-
culum ejusque dilutum inquilinum
extraneis aquis adeò perfusum & re-
fertum vidi, ut quoad cocturæ nego-
tium per horas viginti plus minus otii
ari videbatur. Quod sapor cibi e-
temporis periodo quasi jamdudum
premanfi cum pari eructatione com-
firmavit.

An in ventriculo sita sint instrum-
enta subversioni ciborum assignata

non ambigitur; nec alicui contigit talis subversio, nisi nausæa & vomitionibus tentato, quū sedatū naturalis fermentationis opus interpellatur.

Immensum esset totius diæteticæ utilitates & emolumenta recensuisse, cujus adjumento sanguinem universum sale perlutum non semel edulcoratum, ejusq; ζύμωσιν contemperatam vidimus, & (quod ad pectoralia magis attinet) tussim per sedecim annos protractam à suffusione & instillatione natam solâ cœnæ inhibitione deletam.

Decoctum glycyrrhizæ cum seminibus anisi, &c. pectori dicatis in aqua hordei horis matutinis propinatum, pulmonario bilioso non parum proderit: idem tamen præsidiū horâ somni exhibitum amarescendo & effervescendo obfuisse annotavi. Tanta est caloris in eodem individuo diffusi & concentrati discrepantia.

A pastu copiosiori ægrè se habuerunt non pauci, quoúsq; ventriculus aquæ copiam in os regurgitaverat; aliíque nauseabundi, donec materiæ comestæ modicum eructaverant; quæ ambæ assumpta diluto & calori non adaptata apertissimè significabunt.

SECUNDA

EXERCITATIO DIANOETICA

De Saliva acida, seu de acido ventriculi redundante.

Aciditas salivalis licet cominù pectori non officiat, sanguini tamen alienationes, è quibus pulmo tandem succutitur ut plurimum prægressa: cujus causa ab assumptis spirituosioribus, in quibus partes acide delituerint, ne dicam ab ingluvie, in sanis fere semper oriunda. Cum et
enim

enim cibus potúsq; menſtruo, ſeu
 acori ſtomachi diluenti & tepori col-
 liquanti non ſint adequati, non per-
 funduntur nec debitè elixantur, unde
 frequenter aceſcunt, calorq; impar &
 intèſus extra vaſa minora amarorem,
 remiſſior aciditatem peperit. Saliva
 itaque acida eſt aquoſa ventriculi
 proluvies ſupervacanea in os efflua,
 ſeu abdicata naturalis fermentationis
 deficientis particula, cùm à calore
 improporcionado dilutionis & ſub-
 actionis negotium irregulariter per-
 agitur. Quod ſymptoma raro conti-
 git, niſi illis quibus ad tempus ſaltem
 calor ventriculi defecit, & fermentum
 quo maduerit diſſolutum con-
 teritur.

*Hiſtoria & Experimenta demon-
 ſtrativa.*

Vinoſis compotationibus & aqua-
 rum

rum spiritu turgescientium ingurgitationi qui à lautiori mensâ nimis indulserit, aciditatis redundantis effectus per ructus & salivam experietur.

Omnes quos corripuit hoc symptoma, si non ab allatis exorbitantiis ortum duxerit, vel extremo senio lassatos, vel à morbo pertinaciter adherenti contritos deprehendes. Hisce omnibus tepor ventriculi imbellis facile superatur, madôrque conjunctus deficit, aut degeneratur.

TERTIA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De colore Sanguinis.

INvestigatio partis sanguinem rubedine tingentis incassum adhuc exercuit Philosophantium & Anatom.

(II)

tomicorum peritissimorum ingenia. Nec mirum, cùm quæritant ubi ne-
tquam reperturi. Non enim in cor-
pore constituto, sed in seminio seu
corpore constituendo importatur &
delitescit tincturæ latex & scaturigo.
Sanguis enim est seminis per trans-
plantationem dilatatio, semen verò
sanguinis concentratio, sanguisve ali-
ter modificatus, seu totius sanguinis
systema, in cuius substantia hospita-
tur compositum potestativum. Nec
hujus veritatis luci, caliginis quic-
quam offundit, qui in cerebro, licet
rectè, veneris & seminis radicem po-
suerit; cùm sanguis & immediatè
arteriosus, cerebrum non solum
alluit & alit, sed radicitus consti-
tuit; & quod rubore delibutum
fuerat dum in arteriis, gilvum fit
in cerebro; in nervis & spinali
medulla subalbidum; in parastatis
instar olei albicantis pellucidum;
in

in testiculis ex aqueo marmoreum :
adeo ut ex varia dispensatione & ad-
ministratone caloris in variis corpo-
ris partibus, variâq; commixtionis
modalitate oriuntur & determinan-
tur fluidarum & solidarum corporis
partium colores & tincturæ, ut ut
dum peregrinatur sanguis quoad fi-
guram & consistentiam Proteus vide-
atur & instabilis, & quoad varias suf-
fusiones & impressiones versicolor..
Cum tamen matricis amplioem scē-
nam denuo occupaverit, ubi nativo
tepore & amictu foveatur, eundem
substantiæ gradum, cui omnis quali-
tas est consecutaria, resumit. Rubrâq;
ejus tinctura in materie tenuissima &
calore propriis vasculis destinato di-
versatur, & si ab alterutro vel desera-
tur vel desuescat peritura. Nec magis
mirandum semen albescens mutato
loci tepore, nec non materiæ & in-
strumentorum commoditate sangui-
nem

neum rubrum produxisse, quàm glandem seu potius punctum ejus nigrum apici connatum (in quo seminium seu spiritus totius arboris conglobatus delitescit) iisdem adminiculantibus quercum foliis viridem & cortice cinereum.

Historia & Experimenta demonstrativa.

E patellâ dematur sanguinis portuncula crassiuscula subnigra, postquam subsiderit, digitóq; mediocriter calente, in pelui vitreo aut stanneo glabriore, contere particulam dissociatam, & inter subigendum (quod digito approximatur) ruborem defecatissimi sanguinis acquireret.

Sanguine rubore saturato seu floridissimo adhibe mediocrem qualemcunque calorem extraneum, & primo lan-

languide rubet, dein obsoleto rubore flavescit, & è dubia tandem flavedine, si intensiorem administraveris, lactescit.

Semina florum tunicæ solo frigidi-
usculo nata & provecta, si arenosa,
fimo equino aut calce referta, vel ca-
lidioris cujuscunque generis terrâ in-
serveris, eos novo pabulo & calore
fotos & innutritos variegatas & ele-
gantiores subinde tincturas adipisci,
hortorum cultoribus haud igno-
tum.

Gonorrhæam virulentam si quis
perlustraverit, caloris in semine ali-
enato gradus moderantes, & subacti-
onis modalitates, tincturarum & con-
sistentiæ authores facile recognoscat.

Experimenta permulta & Chy-
micorum & Tinctorum re mechani-
ca deducta hîc magis silentio pre-
mere, quàm meminisse libet; non
enim artis indagationes, sed naturæ
operat

opera secretiora consuluisse & dete-
gere animus est.

QUARTA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De totalis Circulationis necessitate
& in sanis & morbosis, & de
particulari ejus in tabida
agitatione deficientia.*

Ignicula naturæ sanguinem medi-
ocriter passim accendentia & di-
latantia, & vasa permeabilia, ut par-
tes etiam exteriores equali & famili-
ari perfunderentur rore, & ut cautio
individuatorum durationi sit futura,
non solummodo requiruntur, sed
proluviem errabundam & superva-
caneam ad distantiora aliquoties pro-
pellerent, ut ejus allevationi consula-
tur necesse habet.

Si

Si namque partis alicujus vasculaa obturentur, aut designatis non perfungerentur officiis, et circulationis rythmus et humorum ἀπορροήεις (i.e.) fluxionis transitus simul intercipiuntur, unde μετουστάσεως emolumentum præscinditur : Qua de causa magis calentia & eo nomine nobiliora ferociùs adorta citissimè corruunt. Scopis insudent utrîsq; artis nostræ Mystæ ; paregoricæ quippe medicinæ adjumento vitæ naturali (cui unicè studendum) dies aliquot induciarum addidisse præclarum est.

Historia & Experimenta demonstrativa.

Inguine Generosi, annum 27 ægentis, scrofulosus increvit tumor qui collum, scapulas, pectus, latera, pedesq; sparsim simul occupaverat. superveniebat Hydrops ascites, abdomem

crus dextrum, tibiámq; dextram usq;
ad talos copiosâ ac pellucidâ suâ suf-
fundens aquâ; tibia verò sinistra na-
tivo etiam rore indiga conspicitur,
altiùs enim strumosa durities inguini
sinistro impaâta, arteriam cruralem
(per quam tibiæ viam parare affecta-
verit serum) premendo constipabat,
& in pectoralia aquas suas nitrosas re-
gurgitabat, usque ad asthmatis insul-
tum ferocientes: disrupto tumore i-
chorem copiosè fundente, aquis sub-
tùs fluentibus conceditur transitus,
pectus ejus extemplo levatum, eva-
nuìt asthma, cujus deflux tandem a-
quæ accommodatâ remedium seric
evacuebantur. Non huic absimile in
muliere ex bubone permagno in in-
guine, quam etiam phthisis cum hy-
dropis funestâ admiscelâ trucidavit,
observavi.

Apud illos maximè sevirè videntur
fluxiones, quibus membra amputan-

tur, aut quibus ab exiliorum infarcti-
one imperviæ partes remotiores.

In omnibus tabe diuturna correptis
extremæ partes primò infrigidatio-
nem sentiunt & contabuêre.

Infanti pulmonario crebrò & diffi-
culter anhelanti tuberculum nuci
juglandis magnitudinem adæquans
tibiæ mediâ parte insidens, levamen
pectori & sanitatem attulit per tres
menses, cùm tandem tunc temporis
retrocefferit, asthma & diarrhæa
deprehensus expiravit.

Sanguinem menstruum in pectus
effusum, & per os depulsum, ecquid
inter Medicos miraretur? eundemque
uterum nuperrime alluisse, symptom-
mata quibus dum profluit consociatum
est, luculenter detexêre. Cui regur-
gitationi quum natura assuescat, mi-
nori cum molestia sustulit. Imò pec-
toralia robustiora & molem refluum
deponere, & toti levamen attuliss-
comperui.

In plerisque quibus sanguinis transitus, aut debita per Epatis exiliora denegatur percolatio, quibus ferè omnibus eà de causà non rarò advenit dimidii corporis dextri motus sanguinis cunctatus, partes spirabiles exinde fluxionum colluvie magis gravatæ officiuntur.

QUINTA

EXERCITATIO DIANOETICA,
De Narium Hæmorrhagiâ.

Periodicam narium hæmorrhagam moderatam tabis accessum protrahere notum est: quod diverticulum & tutelam à natura ipsa constitutam autumno, & reiteratâ quacunque phlebotomiâ longè efficacior, quia per exiles istos transitus & fibrosas arteriarum extremitates tenuior calidiórque percolatur sanguis, qui sale volatili aut acrimoniâ stimulatrice coadjutus vasculis aptus natus est exterminare.

Ab
tenu
guin
exili
ente
nare
coer
morb

Nec ideò infulsè monuit *Hippocrates*,
 Narium pruriginem morbos, vel ea-
 rum hēorrhagiam denunciassē. In-
 censum itaque signorum præcedenti-
 um esto medicantis, & præsidiorum æ-
 grotantis.

*Historia & Experimenta demon-
 strativa.*

Juvenis ætatis 25. cui parentes ta-
 bis characterem impresserant, ab anno
 decimo sexto usque ad ætatem præ-
 dictam, vitam cum inconcussâ ferè va-
 letudine ope hēorrhagiæ transegit :
 Semel enim vero aut bis quotidie un-
 ciâ unâ aut alterâ nariū sanguinis effu-
 dit, sub finem veris & per totum penē
 æstatis curriculū: anno tamē prædicto
 solennis hæc evacuationio suppressa erat
 præfocata per capitis infrigidationem
 sanguinis exiturâ, cujus tamen palin-
 drome dolorem capitis immanem in-
 tulerat

tulerat per biduum, qua temporis periodo levato capite pectoralium infarctionē persentiscit, per æstatem, autumnum, brumamq; duraturam, cum hæmoptœsi ceterisq; signis phthisin denominantibus, cui venæ sectio verno tempore celebrata parum subvenisset: elapso tandem vere subsequenti, postquã per diem cephalalgia exercuerat, denuo accedente Narium uberiori hæmorrhagiâ, pectus ejus liberatum erat, qui jam superstes sine manifesto valetudinis dispendio.

In omni sanguinis effusione per superiora particula quę in hæmorrhagiæ prima accessione exierit salsuginosior, quæ verò subventura magis edulcorata: Quod quivis gustu sentiet, qui sanguinem extussierit.

Complures narium sanguinem per intervalla copiosè fundentes observare licet, quibus postea à sanguine acriori intus coercito tabes totum depascens

pascens tacitè accesserit, iisq; phlebotomiã maturè ac frequentius adhibitam apprime subvenisse compertũ est.

Viro, cui sanguis serosior per biennium pectoralia jugi infercerat suffusione cum cõmuni symptomatum congerie, ingruebat angina adeò gulam & laringis musculos obsidens, ut ciborum & spiritus via interclusa videbatur; cui venarum brachii utriusque & talorum sectio, nuchæ & scapularium scarificatio, enemata, aliãq; è siphone in guttur immissa, & exterius admota, ne quicquam contulere: à sublingualium veruntamen incisio- ne respiratio parum dilatata, unde scintilla salutis affulgebat, per narium tandem copiosissimam hæmorrhagiam pectoralia onus, & angina malitiam perfectè deposuere.

In omni capitis gravedine, arteriæ primò suas aquas extillant acriores, unde cerebri membranæ in morbiũ

prin-

principio magis vellicantur, & sternutationes frequentiores concitantur: progressu tamen morbi, demulcta materia naturam vix laceffit.

SEXTA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De sanguinis congestione, nec non
de feri separati circuitu.*

Sanguis debite constitutus vasa destinata perfluendo, habitumq; corpori alluendo non solum circulationis stadium transegisse creditur; sed cum propria consistentia & maturitate destitutus quoad particulas ejus constitutivas separatur, varie disponitur, & ex accidenti circuitum pæternaturalem, sibi que quasi proprium vendicasse videtur: Quod enim consistentiæ præter naturæ modum compactioris decubuit, vel grumescit, unde vel motu protrahitur

vel restagnat; quod verò subtilioris in toto per sepe non ilicò circumfluit, sed stagno excandescens regurgitatur, unde æqualis insuccationis methodus interturbatur: quódq; decubuit, non rarò partis vascula, quibuss accubuerit, ita obturat, ut succus nutritius ultra infarctum parti denegatur, citráq; per refluxum ejus serum & partes continuæ & communi officio functæ, imò totum tandem corpus, suo rore & nectare nativo defraudantur. Qualis irrigatio licet neutiquam salina, cùm nimis copiosa, partium crasin solvit, earum poros amplificat, vasculis laxitatem inducit, nimiámq; mentitur nutritionem; hinc visceris dimensio protenditur, pondus augetur, non sine vicinarum compressionis & nativæ conformationis jactura. A sero denique influo exuberante sanguis minùs subactus seu immaturus, & si effluo rigaverint intestinalia,

nec ipsæ feces alvinæ perfigurantur.

Historia & Experimenta demonstrativa.

Eques auratus Nobilis filius, annum agens trigesimum, de dolore gravante sinistrę partis capitis queritabatur, à frigidiusculâ aurę impressione ortum ducente, hinc ad utrumque porum cutanei partium vicinarum tam arctè occlusi fuerant, ut liquores illic vasculis conclusi tumultuosè agitantur, & in illis indebitam reddiderant circulationem, ut ex micatione inæquali arteriarum temporalium constabat, eoque tandem res rediit, ut apoplexiam minari videbatur, cujus tamen materię fit in humerum metastasis, ubi pars crassiuscula delata decubuit, morè paraplegiæ, radii & totius ulnæ nec non manus nutritionem intercipientis, quibus viguit sensatio

fatio robore & motu pereuntibus; te-
 nuior in suo subsidio restagnante ef-
 ferverescens exaltatur, quæ partes im-
 belles repetitis circulationibus irro-
 ravit, ibiq; diutius foco excandescen-
 tale infixit seminium, ut ejus latices
 falsugine & aciditate referto, sanguis
 universè scatuerat, & atrophus in totum
 constituitur: Caput exinde periodicè
 dolet cum arteriarum tensione, facies
 rubedine suffunditur, succrevit ali-
 quoties appetentiæ vigor, & vice ver-
 sa defecit, abdomen per vices pertu-
 muit, spontèq; reductum subsidit, di-
 arrhœa per sepe detinuit cum dolor
 ani ulceroso & per lunæ φασίς diversa
 mutationes subiit, quibus tandem ad-
 iungebantur sternutationes, oscitati-
 ones, & pandiculationes frequentissi-
 mæ, nuchæ dolor horis præsertim no-
 cturnis cœloq; nubiloso, spinæ ac lum-
 borum debilitas & totius quasi inarr-
 ticulatio, sitis per periodos inexple-
 bilis, aliquoties verò per biduum mi-

nimis

imè sitibūdus, dolor totius ulcerosus
 ui potissimū in pāniculo carnosus
 entiebatur. Hæc omnia egrotantem
 ingeniosissimum anxie per triennium
 xercuere, quo tēpore multa incassū
 ustinuit remedia, duplici tandē vere
 & unico interposito autūno jugi me-
 hodo insistens excluditur serū, matu-
 atur & edulcoratur sāguis, & exceptā
 rachii ἀρεφία, totus redintegratur.

Permuitis quibus sanguis alienatus
 el cordis palpitationē vel totius cor-
 oris jectigationem sive subsultum in-
 luxisset, exteriora debitā alluvie non
 igata marcescunt artūsque riguere; in
 ali etenim lucta opus insuccationis
 ob indigentia vehiculi tenuioris avo-
 ati, & aliorū impensū nō peragitur.

In Rachitide non sola viscera nimia
 liquoris degenerati superfusione ten-
 ūtur, sed unā ipsorū ossiū epiphyfes
 n spongiosā substantiā abiere, qualis
 pororū prolatatio, partiūque distensio,
 nutricationis speciē prę se ferēs, etate

pro-

provehentioribus propter partium prellio-
 siorem tenacitatem nisi gravi aliquo Qu
 de causa eâq; naturæ adversa, non comangu
 tigit; succumq; nutritium illis partibusc
 bus non deferri ex hoc liquet, quoniam
 talis ἐπίδοσις roridæ adhesionis indig
 non robur, propriam nutritionem
 indolem, progeniit, sed artus laxato
 carnis omniginæ molliem, & mem
 branarum flacciditatem.

Viro ætatis consistentis, cui salim
 ferositatis πλεονασμός nunquam fecer
 alvinæ intestini recti figuram suscipi
 ebant, nisi postridie aut perendie
 concita ζυμώσις, cum per cruoris ἀνάδε
 μὴν superiora profligaverat: ea et
 nim bimestri aut circiter fluctuatione
 sanguis aquas suas nitrosas composui
 erat, aut per sudores dissipaverat, um
 de per biduum aut triduum debitam
 maturitatem adeptus est, ad cujus
 normam feces alvinæ subactæ fuerant
 Quod in quamplurimis animadvertit ex er

Quibusambo

Quibus omnibus aquositate salinâ
 sanguis copiosius perluitur, iis alvus
 ubrica, nisi revulsio aliqua ad partes
 supernas ad tempus prohibuerat :
 nec ulla arte sananda est talis diarrhœa,
 si serum in sanguine recruduerit.

Annotatu non indignum, quod
 plerisque nequando σκύβαλα, nec ulla-
 tenus quidem figurata secesserint, nisi
 à prægresso πλυαλίσμῳ, aut cùm sudor
 cutis universe præmadefecerat.

SEPTIMA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De Prodromis & præcautione San-
 guinis alienati.*

EX inordinato motu & incal-
 scentia adulteratur sanguis, ut
 ex erroneâ fermentatione alimētum :
 nambo sex rerum non naturalium ad-
 mini-

ministracione si ad amissim disponeretur
 rētur pręcaveri possunt, cōtinentēsc
 assumptorum degeneraciones sanguinis
 alienationes ut plurimum pręgru
 diuntur, quibúsq; à medicantium ff
 deli monitu & clientela è longinqu
 cognitis maturé pręvenisse licuerit
 priusquā morbi ideam constituerint
 Ad cujus ortus pervestigationem mee
 dici sępius *συνόμνη* caligine versati im
 cassum sollicitantur, & si ex collau
 phęnomenon syndrome tandem per
 discatur morbi causa & hyparxis, mor
 tus & maturitatis ejus tempora, *ἐπαι*
μη ἀκμή, & (si non in egri funus com
 spiraverint) *παράκμη* deinceps expect
 ctanda veniunt. Ne itaque in discr
 men natura devolvatur, errorum mi
 nimorum initiis, non posthabitā em
 nus pręcedentiū tecmarssi, succutrein
 opportunū est; nec inconcinne Poeta

Principiis obsta, sero medicina paratur

Cum mala per longas invaluere moras

Hi

Historia & Experimenta demonstrativa.

Terrarum & aquarum halitus, seu (si mavis) aërem sanguinis alienationem induxisse patefcatur, cum genio loci morbos & effervescentias peculi-ares contemplemur. Et quod ad tabidos magis attinet, ad plagarū aëris & ventorum commutationes, impressiones spirabilium, sive per suffusionem, instillationem, aut inspirationem cōmunicatæ magis aut minus nocivæ.

In Chlorosi detentis cum motus sanguinis expansivus, debitāq; per loca conferentia emanatio denegatur, alienationis deinceps reus dijudicatus est.

Cum per exercitia immoderatio-
ra compensive cujuscūq; generis calorem
nexus sanguinis expansivus nimis pro-
moveretur, si ejus effluvia citò crebróq;
repressa fuere, sanguinem subinde in
alienigenam migrare naturam per-
spicietis.

Odor

Odor corporis maxime inter fundandū à consuetō demutatus, cutisq̃ præsertim faciei quoad colorem deflorescentia, habitus corporis mutatus, vigor languescens, hujus adullterationis jamjam factæ in morbiū plerisque diuturnioribus, præcipue pthisi, indicia sunt.

Ciborum denique degeneratiō præcedantē sunt variæ membranarum linguæ & palati perfusiones & obliuiones; sapor scil. amarescens, æruginosus, acidus, nidorosus, dulcis, oleosus & unctuosus, quibus assidua acciungatur eructatio.

Pediculorum cita ac numerosa productio non ineptè inter sanguinis alienati, & morborum prodromos censenda; sanguinem quippe caloris & vitæ fomitem in exterioribus debito officio non functum, & ad interiora (ut hosti forsan adorituro obviam daretur) revocatum indicavi
calore

calórq; irregularis horum formatrix
 & civitatem suam in parte non exer-
 uit, antequam nativi & familiaris ei
 id tempus saltem defuerit focus &
 irrigatio.

OCTAVA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De fermentationum Idæis &
 Specificatione.*

OMni sanguinis alienationi sen-
 sim factæ enormis non rarò
 associatur vel præcurrit fermentatio,
 in cujus essentiæ prævestigatione non
 minimus vertitur curationis cardo, &
 nec vitalitas ejus in indebito calore
 retisse videatur, diversimodè verun-
 amen inter fluida radices egerit, &
 id modum materiæ, ex qua primor-
 dia duxit, agitata molestat. Cu-

D

jus

jus veruntamen materiæ fermentan-
 tis, si liberior fit in vasculis universæ
 reciprocatio, quod pepasmi seu re-
 ductionis capax facilius depuratur
 quod seclusioni tantummodo desti-
 natum facilius naturæ dominio sub-
 jicitur & propellitur, ubicumq; ve-
 rò resisterit, à præclusis aliquante-
 naturæ repagulis regurgitatum & in
 naturam magis ferociens tumultua-
 tur, unde spiritus vitalis (*i. e.*) san-
 guis (seu Medicorum anima) in suis
 focis accidentaliter accensis coercitur
 aliquoties suffocatur & extinguitur
 Fermentatio itaq; sanguinis morbi-
 da est irregularis ejus agitatio sive
 lucta & excandescencia, ex semine
 seu fermento delitescente, à nativitate
 ejusdem familiaritate desciscente sub-
 orta, ad cujus existentie modificati-
 onem, substantiæ proportionem
 partiumq; constituentium dispositur-
 ram, movetur, separatur, & parte-
 ado

adoritur. Ut ut fermentum sanguinis crassiusculus videtur incola, ex quo pabulum, ut in suo esse consistat, proleat; opposita autem proprietate alterat, cujus particulis dilutionibus præsertim serosis, ut suas vires sanguini impertiat, utitur, tacitè multoties & sensim infestando, vimque demum patulò exercendo totum suo imperio subicere contendit, quòdque quum altiùs sese sanguini insinuaverit averruncare difficilimum. Cujus præcautionis Syntaxis ex debita etiam & artificiosa rerum non naturalium observatione & accommodatione depromenda est, ast contemperationis & curationis Methodum in parte therapeutica, quoad morbos quos retuli, speciatim delineavimus.

Historiæ & Experimenta demonstrativa.

Fermentationis natura vel mediocriter praxi medica versatis indies præluceat, ex varia ejusdem prole succorum, *viz.* lapidescentia, colliquatione, verminatione, ut & ex diversis agitandi modis. Acidi enim fermenti partes errabundæ jugem agendi cupidinem inducunt; tartarei & acrioris mordent, vellicant & periodicè contrahunt: crudi & aquosioris consopiant: bilescantis & sulphurei effervescent: tetri & terrestrioris in mœrorem aut insaniam adigunt: putrentis fatiscientiam creant: maligni languorem inferunt: venenosi seu toto genere naturæ adversi prosterunt.

Discretæ porro fermentationum proprietates sensibus sese obviâ dede-
runt:

runt in diversâ ad peripheriam protrusione, utpote in variolis, morbillis, impetigine, pfora, vitiligine, Effere, morbo pediculari & vermibus cuticulam occupantibus, nec non in abscessuum aut ulcerum diversitate, ut & in tumoribus, scrofulis videlicet, erysipellate, phagedœna, herpete, bubonibus, &c.

Fermenti substantiam ex materia spissa constitutam testari videntur lue venerea profligati, cujus colluvies glutinosior & compactior ea parte arteriæ magnæ, non rarò insederit quæ infimæ spinæ & ossi sacro subest, ubi plerumq; micatio vehemens cum dolore gravante conjuncta, à qua scaturiunt emanationes subtiliores capitis meninges, periostrium nervosum tendinosumq; genus acriter petentes; quod subtile serum, licet per secessum, ptyalismum, sudores, diarræam, expurgatum, contemperatum &

exiccatum fuerit, nisi viscosum ejus corpus tenaxq; venis aut arteriis impactum ex omni parte seclusum secesserit, Sisyphi saxum volvitur & malum recrudescit, Tanta est hujus fermenti venenosi proprietas, tacitáq; potestas, ut non solum reptoriá vi sanguinem universum diluendo occupaverit, sed partem ejus non despicabilem præter naturæ modum præcipitando ad sui conservationem sibi unit; partem etiam, ut vires suas contra naturam expeditiùs exerere queat, nimis attenuando volatilem reddit. Immò sensibilitatem quandam hisce fermentis inesse juraret, qui eorum activitatem pensitaverit; Sub oculis instantiæ permultæ: unicam adducam. Domino ingeniosissimo hoc morbo conflictato, cum ultimę ferè medicationis partes absolute fuere, peroranti & vehementer petenti, haustulum zythi spirituosiss-

ejus oris vino permixti Nutrix concessit;
 Erroris reum improbavit eventus.
 Domatam etenim & ob pabuli indi-
 gentiam effractam & demortuam
 poenè mali mineram arteriâ delite-
 scentem (cujus doloris palpitantis ne
 minimum quidem per dies septem-
 decim antea senserat) suscitata,
 opèq; novi pabuli recreata, exul-
 tando quasi per horas aliquot vigo-
 rem suum pristinum exercere & im-
 maniter sævire observavi.

In febribus malignis fermentum
 venenosum primò sensim obrepit,
 unde sola mitis oborta fatiscentia;
 quum verò altius sanguini radices
 egerit, frequenter rapidâ vi affilit &
 prosternit: ejus autem seminium
 esse corpus *παχύτερον* liquet, cum nec
 sudoriferis ex artis lege reiteratis aut
 sponte subortis, nec ullis aliis cesserit,
 multo minus depellitur, remediis.

In fluxione periodica, cujus ergo fermentationis proprietates obiter breviterq; enucleare visum est, etiam si tenuior pars maximè in naturam ferociens exinanita aut reducta fuerit, fermentum tamen compactum sanguini unitum, suiq; tenacissimum novæ recursionis ansam præbuit & materiam suppeditavit; à quo sanguinis suscitamento ut plurimum secretionis effeârice, & aquarum per pulmones expressione eos medio critè madente, sputatio frequentior aliquandiu promovetur, in quarum uberrima alluvie substantiæ molliorem superinducente immerguntur cui ptyalismus diuturnior succedit: à pressura vero liquorum densabiliū bronchia obturantur à vaporum mitiori subitus petente distenduntur aut eorum lobi aliquo qualiter inflexi surriguntur, à tetriori demum crassissimòq; (nè dicam maligno) innatu sufflatio

ufflato spiritu copioso asthma periculofissimum suboritur.

NONA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Vasculis liquorum alienatorum veteriis, & de eorundem dispositura.

Liquores naturę congeneres, ut & alienati & redundantes, non diverso distrahuntur motu, sed iisdem importantur vasculis, & qui nec per ἐφίδρωσις vasa viscera ve majora humectant, nec per affluxum replent, nervoso generi accumbunt, carnes alluunt, per secessum, ductus urinarios aut per sudores propelluntur. Qualem succorum sequestrationem præsertim vasa perfluentem haud rarò cum molestia aggreditur natura, non sine levaminis affuturi certitudine,

certitudine, cū vincendo secluse-
 rit particulam dissociatam. Nec
 solummodo serosa arterioso veno-
 soque genere importata fluunt re-
 fluuntque, quorum quæ subtilissi-
 ma, vinosa scilicet nitrosa & acriora
 nervosum tendinosumq; genus impe-
 tere visa sunt; sed & sordidorum ha-
 litus sanguine perfusi grassantur
 quorum prætergressum cor ipsum
 aliquando patitur sine valetudinis
 manifesta læsura: horum verunta-
 men halituum irrorationem univer-
 salem in phthisis inveteratæ proven-
 tu citius debilitatis causam effectri-
 cem constituisse arbitror, quàm si
 sanguis quoad consistentiam deli-
 querit.

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Mihi nota est familia generosissi-
ma, cui affluxio periodica est gen-
ititia, quæ per mensem aut circiter
ederat inducias, quam accessuram
gnificabat moestitia cum exteriori
infrigidatione, quæ sympto-
ata tandem excipiebat dolor capitis
ulsatilis & gravativus usque ad fa-
scentiam exacerbatus. Quo tem-
oris curriculo è vasculis minoribus
majora sanguinis partes putidæ
cretæ fuere, unde per secessum
ummè nidorosa secluduntur; Quo
eracto vires refocillantur; spiritus
ereni & alacres redduntur, quoúsq;
morbus denuò recurrebat.

Non paucos mihi contigit vidisse
anguine bilesciente refertos & cholerâ
humidâ spatio bienni plus minúsve
cruciatos,

cruciatos, quibus omnibus, per di
 aliquot ante morbi insultum, ni
 solum venæ sed totius corporis gem
 musculosum pertumuerunt; subita t
 men liquorum concentratione & it
 clusione corpora sublevata reducun
 tur, sanique permansere, donec pr
 dictus morbus recruderit. Nec it
 fellit permultorum observatio, qu
 rum liquores incisivi vix nervosum
 genus influxerint, nisi à vini pot
 aut diætâ salsugineâ vel nitrositate
 aut essentiam tenuiorem obtinuerim
 qui faciliori negotio ex summi dict
 toris sententia nervos exinanitos pe
 vasere, si scilicet Veneri frequentius
 indulserint.

Pthysicorum fatiscentiam, cum
 sordida expectorata fuerant, ad tem
 pus defuisse non raro observavimus
 quæ denuò congesta languorem in
 dicabant recursurum. Viscosa de
 & congelata diu retenta pectori gra
 vame

men perpetuum, halitus verò for-
dorum nidorosi fatifcentiam peri-
licam toti intulere.

Pforæ fædiſſimę operámq; Medi-
rum eludentis, fomitem menſis
atio reduſtum per instrumenta
ectoralia exinanitum, & ſanatum
prehendi, depulſâ ſcilicet illuc pu-
la ſanguinis fæce.

DECIMA

XERCITATIO DIANOETICA,

*e motu Sanguinis devio ſeu fluxione
imprimis pectoralia alluente.*

CMnigenæ fluxionis materies
ſanguine importatur, & dum
quoquo verſum eo innataverit,
ud gravat: cùm verò ſuccus alie-
tus in gremio ejus hoſpitans con-
nit, tumultuoſe agitatur, efferveſcit
aut

aut stimulaverit, in partem magis
 susceptivam illapsus deponitur, si
 & aq; διακρίσει, quum viam parti affluenti
 & averit, eam madore minus fami-
 ari rigat, & si quævis ejus particu-
 talem spissitudinem acquisiverit
 ei non pateat exitus, partem replens
 ejusq; membranam distendit, vomitum
 cam non rarò progignit; huic neg-
 tio totus insurgit sanguis & consp-
 rare videtur, cujus liquorem exa-
 & oratum minus crassum per vasorum
 tunicas viscerumque membranas
 μέδουσει seu exudatione expedire cerim-
 tur, non sine emolumento, si parte
 ignobiliorem perluerit, & cum suc-
 cessu haud minus felici, si partis susce-
 pientis vigor licet nobilioris consis-
 terit, & affluxi molem exoneraverit.
 rit. Partes vetò reflui liquoris cap-
 ciores redduntur, si condoluerint,
 peculiari genio seu nativo nectare
 defraudatæ: ut in phthisicis, à præsen-
 grent

gressa ἀνατομῶσι, διαρρέσει, aut ἀναλίσσει:
 vel si vires ejus ab impactu gelido
 langueant, si succus proprius partis
 liquatus defluerit, cui parti jam in-
 firmatæ sanguis cum suis superva-
 caneis citius corrumpitur, non modò si in
 partibus cordi vicinis ejus ἐνοδία
 perturbatur, commotâ quasi in com-
 pitalibus seditione, sed si remoti-
 ora angustentur vel tensa & ideò exi-
 iora facta minutissimas canales flu-
 xui & refluxui dicatas non sat pervias
 reddiderint.

*Historia & Experientia demon-
 strativa.*

Viro ætatis maturæ, moderatè victi-
 anti, mediocriter carnosio, exercitiis
 edito, ob frequentiores saltatus, arte-
 riæ nec non nervi cruris dextri adeò
 ensæ, angustatæ, & debilitatæ fue-
 rant.

rant ut sanguinis per arteriam cruralem extrusio exigua & perdifficilis, unde minus calent partes subjæctæ præcipuè per tres quatuorve horas post lautio rem mensam, ubi dolor quidem obtusus inter sedendum membrum ferè rigidum reddidit, qui dolor cum conjuncto stupore cœlo udo incrementum sumpserat, si quando caput ejus inter itinerandum à radiis solaribus, aut ab assumpto vino, vel zytho spirituosior incaluerit, dolor onúsque vasculorum cruris evanuerit, & caput summiis cruciatibus tentatur; quod insuper á restagnante aluo evenisse non semel observatum. Dira sanè fuerunt hujus fluxus symptomata, lipothymiam, sudores frigidos calidósque vicissim inducentis. Postquam verò hæc lucta spiritus nunc concentratos & subinde dilatatos immaniter exercuerat per horas quinque aut circiter

terra

ter, pacata erat, donec è novo rege-
nerato latice malum recrudit. Huic
post aliquot menses (mensis enim
circuitu recurrebant fluxionis symp-
tomata) suffarciuntur spiritalia, ex-
citatur tussis molesta, arteriæ pul-
monicæ divaricationes sanguinem
paulatim eructabant, per spatium
bimestre, tandem purulenta, quo
temporis curriculo dolor cruris & ca-
pitis evanuerunt, methodo veruntamen
quam retuli incolumitatem recupe-
avit.

Pthificum deploratæ sortis infesta-
tur dolor dentium admodum trucu-
lentus per biduum, quo intervallo
symptomata & character omnis, ex-
cepta macie, quibus phthisis legenda
denominanda venit, prorsus ob-
literata videbantur.

Quamplurimos ex inundatione
pectoralia alluente gravatos, usq; ad
spirandi frequentiam & difficultatem

E

super-

superveniente ptyalismo liberato
indies observare licet.

Nonnullos præsertim seniores asthmate vexatos novimus : quibus cum ventriculus & intestina laboraverint spirabilia liberantur, & vice versa.

In aliquibus gonorrhœa non virulenta detentis, cum tussis acriter premeas & spirabilium suffarctus supervenerint, simulac materia tralatitia consistentiam extrusioni maturam adeptæ fuerat, tussisq; aliquantisper sedata, desinit profluvium. Quod etiam in fluore muliebri correptis observabile.

Bis morbi Indici virus in thoracis capacitatem refluxum animadvertitur conquiescente signorum flagellamentum catervâ, quibus lues stipata venit, immaniter verò sæviente pthysi unde anhelitus fœtor nequissimus & pulmonum ferè totalis per putredinem devastatio : Quod ex apertis

utrius

utriusque patuit cadavere:

Nobilissimus Cambrobritannus
temulentus podagrâ cruciatus, primo
aut secundo accessionis die post
applicationem portiuncule luti ma-
rini cum ejusdem aqua in modum
pulticulę subacti convaluit, retro-
cedente fluxione. Quo per annos
quatuor factitatio (annuatim enim
tempore autumnali recurrebat) do-
lores demulcebat, & aquarum salina-
rum asperginem reduxit: Quinto
veruntamen recidivę anno, reiterato
cataplasmate, vice podagrę totius
tremor & asthma insuperabile subor-
iuntur.

UNDECIMA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Fluxionum prodromis.

S Ignis *αεθέρης* non prorsus destituuntur fluxionum insultus valentiores, quibus auscultat, quæq; respicit oculatus Medicus ut intercepti poterint, quarum pervicacissimi affuturi per prodromos denuntiantur, ad modum veruntamen laticis morborum, ut & perpeffuri crasis figurata, & quod ad tempus attinet citius aut serius luctam impendentem resectura; in qua belligeratione fita est totius morbi hyparxis, quæ plagam forsan indelebilem parti fatiscienti infixerat, nisi proditis ejus è longinquo petentis vestigiis individuo in neutralitate decidentis constituto succurratur.

Historiæ

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Fluxioni lunæ primis quadris nature bellum indicatur, tertia, viz. ante accessum nocte præveniunt vigiliæ; diéque subsequenti diarrhæa per horas tres aut quatuor duratura, à quo die usque ad velitationis horam alvus *ἐν τῷ πολυῖ* restagnat.

Predicta inundatione tentatis pridie congressus è somno nuperrime fuscitatis, udi oculi, muscoli omnes distenti, fonticulorum dolor acris, labiaq; nigricantia, urina aucta, sudores matutini maxime pedum intercepti, hostem comminus adoriturum prænuntiant. Sanguinis tandem expansio citaque ejus retractio cum pari sudorum vicissitudine certamen initum verificantur.

Liquorum verò circa plenilunium

adoriretur, διακείσθω perfectam nom
 subit, priusquam sanguis eo tempo-
 ris instanti concentratus in partes suū
 partem expressisset, nec à sola refer-
 tione aut biliosorum incerta & acci-
 dentali incalescentia talem fluido-
 rum corrivationem subventuram exi-
 stimavi, acriora quippe aquosaque
 omnia etiamsi ordinis mitioris peri-
 odis certis agitata defluunt.

*Historia & Experientie demon-
 strativa.*

Fluxiones diurnæ mitioris œco-
 nomix horis matutinis perpetim sui
 portiunculam, sanguine nocte præ-
 cedente concentrato, expressere; nec
 non horâ quarta, quinta, aut sexta
 pomeridiana; repletis tunc tempo-
 ris chyli receptaculis, cui ut via sit
 patula sanguis forsan sui particulam,
 è qua sine detrimento sese extricare
 poterat

poterat, in thoracis capacitatem se-
cludit. Nec adhuc satis constat an
chylī subtilior pars ea intercapedine
per ejusdem ramificationes thoraci-
cas eò delata negotium pulmoni fa-
cessat, cui etiam per secretiores ἀνα-
τομώσεις, ne dicam per poros, (in cor-
pore enim humano ut summi præce-
ptoris verbis utar *ἐμπνέει καὶ ἐξέρχεται* om-
nia) exitura præbeatur. Quod te-
stari videntur sputa quæ ab assumptis
alīs, quæ statim in pectus fluxerint,
non solum saporem, sed tincturæ mo-
mentum prensare cognovimus.

Primis lunæ quadris præsertim no-
vilibus novilunium præcedentibus sa-
piena & acriora magis concurrere & in
partes imbelles irruisse non semel
observatum. Ultimas vero Lunæ
quadras, præcipuè plenam ejus φάσιν,
quas insipidas & densabiles auxisse,
præterea; nocturnis partes magis laces-
cere, non solum coryzâ, catoche &
Lethargo

lethargo tentati, sed pulmonarii per
frigidorum suffusionem congestio-
nis copiosioris effectricem allaboran-
tes contestantur.

Asthmatici fere omnes noctis com-
ticio, occlusisq; eventilationis por-
maxime periclitantur.

Bilescetes sanguinis particula-
extemplò levique de causa fluxionis
mitioris & perincerti seminium sub-
ministrare ratur faciunt insolatione
nimia corporis agitatio, terror, & ex-
candescencia; cujus tamen laticis em-
nationes universaliores, solenni bien-
nali aut triennali circuitu vascu-
majora confertim replendo inf-
stant.

DECIMA TERTIA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De fluxionum reductione & proportionibus.

NON rectius quicquam assertit Medicorum Antistes, Cum horum *ippiam* (i.e.) humorum inter fluida sciscitentium) *per se extiterit & scitum fuerit, gravare incipit.* Non tamen omnis liquor fluctuationi dicis secernitur: quod enim maturati-
 nis, reductionis, & unionis capacius inquā dedititiū naturę legibus sub-
 gatur, in cuius Oceano denuo ex-
 tiari permittitur; quod & pepasmi
 on capax, si natura vicerit, propel-
 ur, cuius seminiū licet multū mole-
 ē dū in sanguine agitabatur faceffe-
 t, quum tamen seclusum, parvæ
 molis

molis & majoris activitatis fermentum reperitur, in eo utcūq; quāvis tam essentiam totius exæstuationis nos meritò collocasse liquido constabit.

Historiæ & Experientiæ demonstrativæ.

In dolore Capitis immani non raro subtiliorem fluxionis partem, unde semper magis laceffitur natura levi de causa eaq; procatartica : ante tempus exæstuantem, rursus tandem in sanguinis sinum antiquo & familiaris amplexu receptam contemmur, quam etiam narium hæmorrhagia sæpius exinanivit.

Nonnulli dolore anxio deprehensus fuere, priusquam sanguis furunculum unum aut alterum ad cutes protruserat ; quo peracto non amplius queritabantur. Alii levi solummocopio

tertium magis calentium seu interiorum prurigine ortum atrocioris calarationis deposuere.

Fatiscunt non pauci ad λειποψυχία enè perducti, quousq; per hydroariter sparsa, vel epinyctides sanguinis perturbatorem profligaverant. In juvene eusarco & robusto imtiginis materiam topicis toties toties repressam, ad intestina rellsam colici atrocissimi paroxysmosculisse vidi, à qua malè curata autonte reductâ phthisin dein suboriamprehendimus.

Ne minimam quidem sugillationem, contusionum, aut aliorum tumorum partem placatam, resorpo, & fluidis iterum associatam vinus: quod negotium in interioribus propter caloris vicinioris potentiam facilius præstari conjectant. Nec mirari subeat, quum hypopiorum quorundam aquas in instanti

instanti ferè nullaq; facta ad sensum
διαχείσει reductas comperimus.

Novi virum morbo cholera fl
 lenni aut biennali circuitu periculum
 excruciatum, ita ut noctis curricu
 quæ dragies plus minus per superiori
 & per sedem toties deposuisset, &
 nihiloseciùs quum convaluerit,
 quoris effervescentis exigua portio
 cula alienata per intervalla digg
 unius apicem alluere & quasi lenit
 adurere cernitur. Quam particula
 suæ tenacissimam, fermenti effem
 am, recrudescentiæ scaturiginem
 quémque locum subterfugium fo
 menti, à peracto conflictu fuisse
 cile conjicimus.

QU

DECIMA QUARTA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De Sanguine exotico, seu de sanguine
extravasato stagnante.*

MALE sibi consulunt Medici complures, alioquin exercitissimi, Sputorum naturam perfuntoriè lustrantes, quorum non paucus tussi rejectum, præcedenti hæmoptoico affectu, necessarium abscessus aut ulceris productum pronuntiaverint, phthisisque affuturæ signum pathognomonicum: dimidiatim sanè doctrinam Hippocraticam pensantes erroris ansam arripuissent, mordicus tamen opinioni adhærentes deponunt, manusq; auxiliares admovisse desperantes, non sine gravi & miserando invalidorum damno.

Sputa

Sputa tamen simul ac in pectoris capacitatem sumpta non prodeunt sed vasis majoribus immorantur, quibus ulteriorem subactionem, colores consistentiam, & perfigurationem debuerunt: ut & ejectamentum sanguinis stagnantis, licet nomen forsans puris meruit, & ignitis carbonibus projectum foetide oluerit, non semper per pthisin accursuram vaticinatur nec à pulmonibus immediatè proficisci creditur. Sanguis enim depuratus si tepore proprio non foveatur, putrescit; quælibetque ejus superioris particula vasculis efflua, cum reliquis partibus incoibilis & tanquam incola propriis domiciliis exerta & caloris familiaris indiga labascit: Dum tamen intra vasa rarò solius incalescentiæ reus, quandoquidem perdita ejus debita consistentia & permixtis extraneis dissentientibus alienatur.

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Virgo succulentior albfosa, cui
menstrua non fluxerint, obturatis
per mucositates meatibus uterinis,
statò extrusionis circuitu, sanguinis
copiam tussi rejecerat quotidie; ho-
is verò matutinis quamprimum ex-
pergefata fuerat, puris tantundem:
Quo per triduum aut quatrimum
peracto, libera ac secura remansit.
Quod multis ingruente menstruali
excretionē accidisse compertum est,
démq; quibus sanguis circumfluus
ocultu à capite in trachæam sensim
lapsus, contigisse observatum.

Scutula aut cochleari excipiat
sanguis dum recens ab incisa vena
profluerit, & succensis carbonibus
imponere, nares admove, ilicò enim
odorem foetidissimi puris expirat.

Sanguinem è vulnere nuperrime inflicto fluentem cohibe, ut cutem tangat, corporisq; superficiei teporem sentiat, post aliquot horas consistentiam, colorem & odorem foetidissimi puris obtinet.

DECIMA QUINTA

EXERCITATIO DIANOETICA.

*De Sputi materia, & Essentia
in genere.*

SEposita aquositatis consideratione, quâ ventriculus nimis irrigatus, mediante œsophago ejusque membrana linguæ & ventriculo communi, sine tussi aut secreta in os fluxura, nec non madore, per soporalium arteriarum terminationes earumve tunicas excluso, cerebrum rigante & exinde per palatum in

os stillante, pari paritèrque; innocua facilitate ut plurimum ejecto, sputi naturam, à quo pectoralia suam contraxere perniciem, ejusque motum venari consultum est. Quod nihil aliud est nisi liquoris particula à sanguinis massa per vascula præsertim arteriaca pectoralia in pulmonis capacitatem per suffusionem translata, quæ motu pulmonum contractivo, tussi dicto, in trachæam, screate tandem amborum vel cujusvis adminiculo in os ejectionis ergo deducta. Sanguis itaq; se habet ad modum nutrimenti, sputum verò ad modum sanguinis.

Historia & Experientia demonstrativa.

Prædictorum veritas cuilibet innotescat qui sputorum ductum reputavit, aut permultos aspexit (quibus cerebrum siccum nequicquam uel in trachæam exstillaverat) sputorum copiam motu recitato eiecisse.

Incumbat quilibet operi defæcationis sanguinis, adhibitis serie Methodica remediis eò destinatis, & licet pectori familiaria prætermiserit, sputa tamen cum sanguine depurationem & rectificationem iniisse comprobet: vel, cui sputa malè subacta & colorata prodierint, sudores pro euphoria imperentur, quibus sanguis à spurcitie optime vindicatus detegitur, iisdem ex artis lege peractis sputa simul depurationem & perfectionem consequuntur.

D E.

DECIMA SEXTA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De vasculis sputorum susceptivis &
expectorandi modo.*

A Rteriam Pulmonicam cum suis
divaricationibus ejectionem
anguinis suscipere, & perinde in
tracheæ disseminationes deponere,
asque obturare, positum est extra
omnem controversiæ aleam: eâ ve-
nitamen obturatione, pro eorum
dura & ubertate alii magis alii minus
ficiuntur, & pro eorundem dispo-
tura alii citius alii serius anacathar-
moliuntur. Nec par cuiq; spira-
rium instrumentorum conceditur
obertas: hos tussis acerbior fatigat
ne expectoratione; illis levis scretus
tussicula materiam modestè soli-

citantem rejectarit; his sputa nimico
 ichore seróve perluta & retrò allap-
 sura pulmones inani exercent conat-
 tu; illis granula pertinaciter indu-
 rata ægrè tandem secedere coguntur
 his nativa pulmoni algidior allata
 mollities negotium irritum facefsit
 illis crasis spiritalium validior & ca-
 lentior materię configurationem &
 proventum sine noxa festinat; huius
 dilatator pulmonis & mediastini seu
 septi lobos ejus disjurgentis motus
 materiam concutiendo expedit; illius
 pectoralium nimia ex plenitudine
 distentio vel constrictio, siue conna-
 ta siue adventitia pulmonum debili-
 tam explicationem impediens mor-
 rum cunctatur, aut inefficivum red-
 didit.

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

In sputorum ἀναγωγῇ, quæ ad supernas trachææ partes traducta fuisse, scretu aut tussicula minime laboriosis exploduntur; quæ verò imis infederint bronchiis difficulter rejiciantur.

Mediocris consistentiæ sputa & uberiora facili negotio expectorantur, nimis liquida aut parvæ molis aridiora, & in globulos compacta, ægrè è suis recessibus, exiliorum (scil.) levium arteriarum cavernulis, succussa profluunt.

Extremos egère dies omnes pœnè pthifici, quibus advenerit lobi alicujus adnascencia; quibus verò pulmones universim ferè pleuræ accreverint, ut in plerisque, citiùs succubere. Quod ex morbi collata perennitate, & ex dissectis hujus generis strage pessundatis dilucidatur. DE-

DECIMA SEPTIMA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De temporibus ἀναγνώσεως dicatis.

Natura dein proprię securitatis consultissima, quum in pulmonariorum salubrioribus, materiam sputorum è sanguine, unde ortum duxit, suppeditaverit; tempora fabricationis & extrusionis illis mensurat & assignat. Non etenim cruda aut indebitè subacta (ut alibi ἀποδείκτικῶς declaravimus) naturali impetu seu sponte prodeunt, sed ad expulsionem coaptata, matura scilicet & ad vasis particulam cui insederit quandantenus effigiata. Quiq; hujus generis protrusione non interpellata exercentur, salutarem naturę (cui tota res permitti debuerit) ordinem tenere.

nuere. Si verò ejectionis licet
 mitius allapsuris commata interpo-
 nantur, & naturæ legi non obtempe-
 raverint, nisi ad loca conferentia
 prolecta, insultuum valentiorum
 primordia. Mos itaque pulmona-
 riorum in τεχνάριον non infimum ob-
 tinuit locum, cui ut artis honori con-
 sulatur collimare decorum est.

*Historiæ & Experimentiæ demon-
 stratiuæ.*

Qui à motu concitatori, aut secre-
 tionum voluntaria anticipatione
 roventum sputorum acceleraverit,
 pectoralibus negotium laboriosissi-
 mum faciescit; quorum particulæ
 tempore à natura destinato facile re-
 ctantur.

Quibus è sanguine per pectoralia
 u, liberè, ac jugiter suffusa ejicitur
 qua, hos citius ac facilius spiritalium
 onera

onera deposuisse deprehendas, & contrario.

Ingruente tussi omnia difficilia & laboriosiora, temporis verò progressu, subacta & maturata colluvie: usque ad *ὀψοειαν* mitiora.

DECIMA OCTAVA

EXERCITATIO DIANOETICA

De Sputo albo spumante.

SPutum album spumofum aquo-
fitatis magis fluxilis, in pulmo-
num aut faucium capacitates exuda-
te, & ibidem agitate, productum
judico. Quod verò à capite per ce-
rebri infrigidationem in spissum co-
gitur, nisi in faucibus elaboratum
diùq; retentum minus candidum
magisque mucaginosum, nec in bul-
liculas abit, unde rarò aut nunquam

lædi

læditur pulmo: ut tamen spumescat, partium motus, æstus & aëris insufflatio contulisse rata sunt. Præter hæc, si sincerum prodiisset huiusce generis sputum, ne quid ultra nobis apportat præsagii, internæ solummodo sudatiuncule effectus videtur, spirituum aut partium motu frequentiori concitatus.

Historia & Experientia demonstrativa.

Inter exercitia multiplicatur sputum spumans, in illis præsertim, qui ad corporis *πειρεσίαν* nil aut parum propellunt. Motum verò faucium & pulmonum horsum conducisse ex eo liquet, quòd frequenter tussientibus & *πολυλόγοις* semper contigit.

Si ad trutinam expendas, hoc sputum levissimum, cujus pelliculæ aquosæ aëre refertæ turgescunt.

DE-

DECIMA NONA

EXERCITATIO DIANOETICA 22

*De Spūto subalbido Pellucido
densabili.*

PAREM natura legem plantis
dixit atque animalibus, & u-
trisque, asserente sene erroris nescio,
concessit καὶ ὄξυ καὶ πικρὸν καὶ γλυκύ καὶ αἰμυρον
καὶ παντρίον. Nec insipidarum aquarum
indigus Microcosmus, quarum me-
diocri proportionem ad sanguinis con-
temperationem utitur, quodque su-
pervacaneum, si intra vascula coer-
ceatur, totum gravat; ut & extra-
vasatum partes, præsertim spirabiles,
si in eas ἀδεύως aut copiosè congeran-
tur. Cæterum parùm refert quod
ad rem nostram attinet, an lymphæ
mites vasculis designatis oriundæ, vel
an

an illis peractō opere destinato reda-
ctę fuerint, modò eas cum sanguine
circulationem subiisse & in majores
cavitates per expressionem elutriatas
inspissari comprobavimus. Utcun-
que sputa blandarum aquarum pro-
ducta minus nociva, plúsq; laboris
quàm periculi importatura : quęque
non celeriter per trachę canalem
aquarum instar corrivata profluxe-
rint, in spissam & viscosam substan-
tiam percocta difficulter prodiere.

*Historiæ & Experientiæ de-
monstratiæ.*

Matrona nobilis ætatis 47. eusar-
ca, at verò valetudinaria, cui vascula
omnina in epate, liene, & mesaręo defi-
cientia obturata fuere, horrorem inæ-
qualem aliquoties, infrigidationem
verò partis alicujus semper, perpeffa
est. Qualem infrigidationem aque
gelide

gelidę affluxurę superfusioneim afsi-
mulasse asseverabat, & licet fabur-
ram subducendo insudavimus, adhę-
sit hoc symptoma: Quoties verò pty-
alismus aut diarrhęa supervenerint;
ad tempus desit. Præmissis demum
aliquot catharticiis quibus viscosa co-
piose seclusa, postquam sudores
in stupha sicca multoties excitati
fuerant, diætâ parcâ & sicciori per-
fecte convaluit.

In plerisque lymphę tenuiores è san-
guine emergentes, primò trachęam
copiosius alluebant, unde evanuit al-
gor, suboriuntur sputa tenaciora
pellucida, cum scretu laborio-
sissimo, à quorum congerie pecto-
ralia pertinaciter infarciri annotavi-
mus.

Omnibus Pleuritide correptis
postquam purulenta per *avang. d. ap. m. m. m.*
expurgata fuere, successerit per dies
aliquot hujus idę ejectionum, *et de*
quod

quo cum premuntur viscera vasave-
 naturalia, minus obturantur spirita-
 lia; minime verò si ejus muco oblitera-
 fuissent intestina. Quémque mu-
 cum in Rachitide affectis inæqualiter
 è sanguine expressum succi nutritii
 vicem gerere autumarim. Eun-
 démq; in infundibulo uretrum stag-
 nantem obturare, seriq; meatum
 præcludere, atque in ventriculum
 & intestina regurgitare, dorsi dolo-
 res, vomitiones, tormina & ischu-
 riam notham, procreare pro certo
 habui. Imò talem viscositatem va-
 sis majoribus adhærendo non raro
 sanguinis reciprocationem præpedi-
 sse videre est. Quod semel in arte-
 riâ pulmonica, venosa dicta, in in-
 ante ternario subsultu è vivis ere-
 pto observavi. In partes denique
 extimas particulares, si inæquali-
 ter diffusæ fuerint aque densabiles,
 tumores œdematosos constituunt;
 si

si verò in universas, totius œdema
 æquale, seu affectionem Leucophle-
 gmatiam & anasarcam curatu diffici-
 limam.

In sexu foemineo vel frigidiori
 temperaturę maribus, ut & in con-
 valescentię statu collocatis, quibus
scil. sanguinis calor, minus viget, vel
 per morbum longioris durationi
 atteritur & infirmatur, increvit im-
 toto hæc mucositas obturationis va-
 sculorum radix pertinacissima.

VIGESIMA

EXERCITATIO DIANOETICA.

De Sputo luteo.

A Latice forsan bilefcente sca-
 turiit luteorum sputorum ma-
 teria constitutiva, sed sanguine ante
 secretionem ita delibuta, ut sapore
 fuc-

suo saltem eminentiori spoliata sit :
 Et ut salina ulcusculum erodendo, sic
 putrentia ingrediendo, incitando, &
 in tumorem attollendo infestant.
 Hisce tamen semper salina & serosa,
 partem suscipientem nimis intene-
 rando & spongiosam reddendo præ-
 venire & aditum parasse crediderim ;
 quæ quum salis miscelâ destituan-
 tur, facilius putrescunt, ambo con-
 iuncta vulnus compositum internum
 curatu difficilimum constituunt. Ni-
 hil tamen impedit, quo minùs li-
 quor, alioqui tenuis clarusq; & sat
 nature (dum sanguinem perluerit)
 familiaris, alienum calorem sentiens
 in luteum abierit; & ut sanguis dum
 scaturigine & vasculis assignatis
 dissociatus, tincturæ & consistentiæ
 turbatus steterit; sic sputum, ejusdem
 sedamentum, itinerando ad par-
 tem, quas tetigit, & teporis varie-
 tatem mutabile, nec qualitatis ali-
 G cujus

cujus eminentioris, qua dum sanguine importatum fungebatur, amplius tenax: Multo minus mirandum si sputa lutea saporem amiserint: cum non solum massâ sanguineâ universim perfusa fuere, sed per partium parenchymata & membranarum poros percolata censentur. Per hos etenim meatus angustissimo non transivit illa substantia in quam amaror habitaverat.

Historia & Experientia demonstrativa.

Bile seu particulis amariusculis omnis sanguis perfunditur, & præcondimento ei assignatur; nulla tamen ejus aut totius corporis partium fluida (exceptâ eâ quæ ex ejus massâ secreta fuerat eminenter inter gustandum amara, ut in extremis vomitionibus cum à communi hospitio ve-

vel fortè proprio & determinato receptaculo revulsa) tanta amaritudine linguam faucesq; inficit, ut exinde nervi laceffiti capitis concussionem intulêre.

Quamplurimis quibus vena per-
fusa, cuticula à sanguinis aspergine
inter fluendum derafa incaluit: vas-
culis veruntamen, quantum ex con-
futura assequi potuerim, blandus sa-
s erat ac benignus.

In cadavere dissecto mihi inter ali-
 Collegii nostri Medicos cervicem
ficulæ felleæ tophis obturatam vi-
sse contigit; turgebat autem vesi-
la sero pellucido, per tophos (se-
na coriandri saccharo inæqualiter
ducta mentientes) tanquam per
rum crassioris texture expressio;
um tamen quo referta fuerat gu-
nti planè insipidum, quod igni eti-
admotum in mucaginem albican-
ovi albumen assimulantem coa-
atur.

Non jugiter prodeunt lutea ejec-
tamenta, nisi jugis sit humoris ex-
candescencia, vel per calorem à frū-
gido in suo foco coercitum, vel
propria ejusdem corruptela & exu-
perantia: quod à querelis eorum
qui talia sputa ejecerant quilibet
Medicorum facile discat.

Portiunculam hujus liquoris lutei
per cutes trajecti inter exercitia sudor-
res fundentia, sub axillis & in collum
non paucos excrevisse lotricibus nō
ignotum.

VIGESIMA PRIMA

EXERCITATIO DIANOETICA,

*De Sputo subcæruleo, subnigro,
& ferrugineo.*

Licet visceris nullius parenchy-
ma sine caloris adaptati admi-
niculo sanguinem rubefecerit; Sputa
amen sanguini, & viscerum succis, ut
nutrimento materiam debent; &
mixture varietates mutuantur.
Inter ea notatu digniora non raro ob-
olere Sputa subcærulea, ferruginea
& subnigra; quæ non, ut à pluribus
putumatur, ab illis quæ spiritu na-
tum orisvè attrahuntur ortum du-
ant, sed ab allatis, & aliquoties à
proprio visceris aut vasis succo inqui-
no, à liene forsan tanquam in pe-
liari ergasterio primariò profecta

& fabricata; quorum quę in fam
guinem recepta, circulationis bene
ficio extrusionem subiere. No
tamen quamprimum ẽ vasculis prodii
erint colore tam surdo prædita fun
isse reputo, sed & roris instar vii
scera vasave suscipientia perfum
dant necesse est, ubi condensata co
lore fusco tinguntur. Caloris ve
runtamen gradus non per se tim
eturarum effectivi, si tamen excessue
rint vel remiserint, sputa magis m
nũve colorantur. Ad ea verò qu
retuli conficienda, nature ignicula ro
missiora diutius continuata solici
tantur.

*Historia & Experientia de-
monstrativa.*

Calori solari intensiori aut culin
ri expone ejectamentum subcæru
leum, & protinus in omni parte a
bescii

bescit; quod non fit, si pulviscula extranea inter spirandum sese sputis immiscuerant.

Sputa assimiliter colorata tenuioris consistentiæ nemini ut puto vidisse contigit: omnia quippe hujus coloris mucaginosa.

Ab esu eorum unde pectus infrigidatur, hordei scil. & pomorum, à continenti Medicamentorum hydrargyrum recipientium usu, ut & quibus calor à morbo diuturniori atteritur, hujus sputi copia exauctoratur. A sudorem verò fundentibus edaculis, exercitiis, & jejuniis deditis, quibus pectus calet, aut quibus sæpius suffumigia usurpantur, haud expuitur; iisq; raro aut nunquā acciderit, quibus pectus tussi frequentiori succutitur: quæ omnia hujusce farinæ sputa è calore remissione diutiùs cocta, & è pectore multoties frigidiusculo, flaccido tandem, proventura contestantur.

Me-

Memoria hujus Sputi suggerit exemplum cujusdam mulieris mediæ ætatis, cum impluente catarrho, cujus lien tetrīs vaporibus ita suffercit: cerebrum, ut inde quavis aurora destillaverit sputi ferruginei copia, faucium æstu ad eam consistentiam cocti, ut telarum aranearum speciem adumbraverit, cujus portiunculam catarrhus calidus in arteriæ partem superiorem aliquoties deterferat, reſeratis tandem & deterſis lienis vasculis pacata est tumultuatio, desit catarrhus, & sputi commemorati proventus.

Ovi albumen si diu, licet lentè incaluisse, alborem amittere & subcæruleo colore tinctum fuisse deprehendimus.

Sub finem tussis accidentalis per congestionem ortæ, sive expectorationis crassiusculæ periodicæ, sputa hujus generis, ut omnia minus depurata

rata albescere & defæcatoria prove-
nisse animadverti. Nequidem talia
rejectasse observaverim, nisi cui lien
uterúsque in vitio fuerant, nec conco-
loratum mucum è naribus unquam
emundum spectare licuit.

VIGESIMA SECUNDA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Sputo salino.

SPutum falsugine refertum san-
guinis sale perfusi progenies, &
licet fluidarum incentivum, rarò ta-
men subitanea vi sua incisiva visce-
rum membranas vel vasorum tuni-
cas transilire ratus sum. Postquam
verò sanguis serum suum salinum
per tunicas aut membranas pectoris
proturbatum roris instar percolave-
rit, stimulando motum pulmonis
contra-

contractivum tussim prògenuit ; à
 qua concussione & coarctatione su-
 bitanea frequenter invadente & per-
 severante partes tenellulę, per quas
 pars sanguinis subtilissima falsis a-
 sportatrix falsedinem deposuerat ,
 magis infirmatę citiùs corruunt. Ut
 ut falsa particula visceri illata nom-
 ilicò quasi acus aut terebellum par-
 tem compungit & perfodit , sed
 quum ei diù insederit, demolitur
 secumq; rapit : cujus vis potius dis-
 solutoria, quàm incidens & com-
 punctoria æstimanda est : partii
 quippe sese nimis profunde insinu-
 ans quodammodo per minima com-
 miscet ac conjungitur, & sic substan-
 tiam ejus in quandam conditionem
 intermisionem & confusionem me-
 diam perducit ; in qua neutralitate
 quum aliquandiu remanserit, tan-
 dem dissolvitur, & inducta friabili-
 tate destruitur ; tali modo præcipi-
 tat.

tata & substantiæ partis adunita liquoris salini, per halitum forsan extravasati, acrimonia erosionis & dissolutionis periculum minatur. Imò si sola aciditate, vel tantillo sale perfusâ, scatuerit sanguis, licet in partes singulas exteriores separata diffundatur, ægrotus exinde patitur & periclitatur.

Historiæ & Experimentiæ demonstratiuæ.

Non paucos observavimus, quorum vasculorum pectoralium ora à sanguine turgesciente (in quo forsan salis momentum delituerat) reſerata fuere, quos unica aut altera venæſectio perſanavit. Neminem quidem cui pulmo eroſus fuerit, ſine ſanguinis totius edulcoratione & reductione curatum memini.

E fluxione acriori spinę accum-
bente dorsi vertebrae luxatas, ossaq;
alia ex acetabulis detrusa & extorta
vidimus; si verò fluxio qualitate na-
ture prorsus aliena sit delibuta, ut in
lue venerea, ossa præsertim tibię ad
veprum similitudinem aliqualiter
inflexa protuberant, friabilia, spon-
giofa, minúsq; tensa undiq; reddita.
Idem in Elephantiasi videre est,
Ossa enim aliquando soluta & instar
cere flexilia incurvata & convoluta
(si fides practicis quibusdam adhi-
benda) conspiciuntur.

Multos marcore ferè confectos
vidi, quorum sanguinis universi sy-
stema sale scatuerit, quique fluxione
periodica mitiori sputum murie con-
ditum per biennium aut triennium
effudère, per extremos arterię pulmo-
nicę venosę dictę surculos, quibuss
tamen pulmonis erosio non accesserit.
Et inter eos Lond: Mercato-

remm

rem in sceleton propemodum mutatum, cui liquor salinus tandem à pulmone refluus tam efferus, ut Chirones volis manuum turpissimos ulceráq; exedentia pedibus & talis inusserat, salvâ adhuc nativa pulmonum integritate.

Non semel pulmonis parenchyma æquali attritione ita dissolutum conspexi, ut in putrilaginem, limi quandam speciem præ se ferentem, redactum videbatur.

Quos phthisicorum acris & inæqualis perdiderit deprædatio, horum pulmones præsertim lobos frustulatim laceratos & quasi sorice demorfos aperto cadavere deprehendi. Acor in sanguine redundans (quod Melancholicis maximè solenne) non tantum totius intenerationem, unde facile ab externis injuria, sed carnis omnis musculosæ innutricationem efficit. Et in Rheumatismo, nuperris

ris annis apud Anglos frequentissi-
mo, seu Rheumatica affectione à

*Lib. de Differ:
Febr. cap. 7.*

Galeno nuncupata (quæ
causam congenerem &
partes affectas arthritidi vicinas for-
tita est) dolores atrociores parit, &
luculentissimè depopulatur.

VIGESIMA TERTIA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Spũto subdulci.

Sputorum omnium materia pro
continentis, ex quo scaturit;
varietate specificatur, larvisq; diversis
induta emergit: nec solum sangui-
nis serum, ejus magis fusile ejectione
mentum, cum redundaverit, aut di-
vortium fecerit, in pulmonum capa-
citates translatum profluit; sed ro-
rida aliquoties substantia, adhæsioni
&

& nutritioni partium designata, in os effertur. Sanguis tamen prius aquoso suo sero contemperante defraudatur, unde incalescit, cujus caloris excessus glutinosam ejus substantiam aliquando in pulmones, aquarum inundantium irrigatione laxatos & nimis inteneratos, deponit: illisq; duntaxat accidisse credidi, quibus spes salutis in angusto sita fuerit: Natura enim avidè hunc succum amplectitur, donec perfectè soluta ejus compage vis allecatrix & assimilatrix prorsus deperiissent.

Histo-

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Cum apud Bristollienses Medicinam fecerim, qua Vrbe pensili tabes frequenter grassatur, nonnullos spiritum subdulce levi conatu expectorantes spatio trimestri fatiscentes & totaliter enervatos vidi; horum vero quosdam, non omnes, tussis vehementior aliquoties corripuerat, ex profuso tamen vitali nectare deflorescentes & arescentes strigosi perire. In quorum unico, detectionis causa dissecto cadavere, licet sanguinem aliquoties, peracto salinoptyalismo, extulsierat, & pulmone ubiq; inteneratus tonum amiserat, & universa spirabilia nec non viscera omnia naturalia quoad sensum famulata comperta sunt. Nec á quovis inter mirabilia dignum est ut censeatur.

qu

qui ineptitudinem sanguinis nimis
attenuati ad nutritionem animad-
vertit, aut sanguinem totius nimis à
calore impenso liquatum & subtiliza-
tum per levium arteriarum oscula
æquè ac per narium exiliora vascula
in earum hæmorrhagia ad *λειποφυχία*
exinanitum conspexerit. Defici-
ente quippe sero condiente & con-
temperante, glutinosioréq; ac magis
roscido succo moderatè calido dulce-
dinem ac unionem conciliante, ut
tota naturæ œconomia corruat ne-
cessesse est.

Sputum hoc subdulce in omnibus
quos vidisse memini, ptyalismo diu-
turniori, & ut plurimum salino, præ-
cedenti fuit confectarium.

Idem sputum igni admotum, sicut
succus omnis nutritius, in gelatinæ
albicantis consistentiam percoquitur.

VIGESIMA QUARTA
EXERCITATIO DIANOETICA

*De Sputo cænoſo & cinereo ſen
purulento.*

INter omnia ejectiona sputum
minus spirituosum, magisq; fecu-
culentum, est cinereum & cœnu-
sum, argillæ cujusdam liquidioris
speciem præ se ferens, verum pthi-
sicorum pus, minime tenax, calore
deficientis, seu cadaverationis im-
munitatis indicium & symptoma: cæ-
tera omnia aliquatenus per calorem
subiguntur, figurantur, & alterati-
ones subire; hoc solummodo in
quasi stagno copioso stabulans, in
mole sua presserit, vix expectoratur.
Extremæ sanè sordities & naturæ
dissolutionis certissimum productum

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Si cupulas glandium binas æqualis ponderis & capacitatis impleveris, unicam (*viz.*) sputo cænofo, alteram mucaginoso, aut qualibet ejus specie; eam lancis partem cui sputum cænosum appensum fuerit subsidere cernes, cæteris enim omnibus præponderat.

Deplorate fortis invalidis, quos ultima Symptomatum syndrome ad sepulturam fere perduxit, tantum advenit argillosum hoc ejectamentum; quorum etiam cadaverum pulmones inter disseccandum in amurcam fordescentem mutati conspiciuntur.

VIGESIMA QUINTA
EXERCITATIO DIANOETICA

De Hæmoptosi curanda.

FRequentior sanè vicibúsq; pa-
titis meritò laudanda est phle-
botomia, qua revera incallescanti-
simul ac plenitudini fœliciter obvian-
ire valuerimus, non prætermisso re-
vulsionis adjumento; nec adhuc im-
ter vegetiores seu sanabiles reperitu-
quod hujus medelæ legitimæ celo-
brationi contraindicabit: Et si ce-
sola plethora ortum duxerint spui-
cruenta, sine alterius adminicull-
scopis satisfecisset. At cum pen-
tius sese sanguini insinuaverit morbi
focus & minera, tota præsidiorum
serie (hypnoticorum rariore usu com-
quiescens) Emplastorum & glutinorum

nam

antium vasa difficulter pervaden-
 um energias, experiri nuperis no-
 re praxis annis non ausus fuerim:
 minuta quippe, si quæ adsit, pleni-
 tudine, tota tutelæ & restitutionis
 sis in sanguinis reductione sita est,
 d moderatam scilicet temperaturam,
 nsistentiam proportionatam, &
 aturitatem debitam, qualificatio-
 esq; singulas crasi consentaneas, ci-
 a quas si remoratur, præter quas si
 cillet, ultra quas si provecta fuerit
 tura, criminis rea; ad quod corri-
 ndum, ut in omni, sic in morbis
 toris sedulitas Medici inprimis
 licitanda: Ea tamen provisione
 talia eligantur ad sanguinis *evocatio*
 rennendam, quæ symptomati, si
 n vi peculiari, saltem consequuti-
 adversantur. Nec placuerit ex-
 na infrigidantium & repellentium
 tori adhibitio, nequidem extre-
 rum ligatura, quibus sanguis re-

flus partes infirmas pressius oneraverit. Horum itaque dum clavum teneant sanitatis naucleri, scopum undequaq; vitandi.

Historia & Experientia demonstrativa.

Ex jugi Emplastorum glutinantium & incrassantium usu, licet tempus coerceatur sanguinis rejectio, periculum copiosioris recursionem partem magis prementis nequicquam exinde vitari senties: specificis venarum facile sanguinis rivulos perluentib; rem commodè peregissem sæpius memet ipso, & quamplurimis expectus sum.

Sanguinem citra præterq; debitas qualificationes defecisse in omni morbo ex crudo acido & aquoso humore minio prognato, & quoad morbum pectoris ex aquarum suffusarum

de

lenfabilium congestione manife-
tum, ultra debitam verò maturita-
em deportari, nidorosa, subflava,
corresacta, in bronchia trajecta testan-
tur. Quod peculiariis etiam & con-
traria utriusq; edocuit medicatio.

Frigido lavacro immergatur hæ-
moptoicus, aut narium hæmorrhagiâ
correptus, & exinde malum incre-
mentum sumpsisse deprehendes. A
calore verò superficie tenus, vel ex-
tremarum intenso, remedium.

Partes extremę sanguinem extussi-
entium, ut & narium hæmorrhagiâ
detentarum, non rarò incassum li-
gatę fuere: Ejus tamen motum fri-
cando, blandóq; adhibito calore in
exterioribus suscitasse proficuum ferè
semper invenimus.

VIGESIMA SEXTA
EXERCITATIO DIANOETICA.

de γαλακτοποσίας.

LAc assuetis, optime constitutis, avidèq; petentibus exhibere, vicèq; carniū dum sanguis turgidior & calidior scatuerit, substituisse accommodatum arbitror; & quibus acor aut bilis inter fluida exuberaverè, modò vasculorum confiniis adhuc conclusa retinentur, eminùs scil. patescēte primâ symptomatum Pthisi indicatorum φάσις. Ejus tamen usum verè pthificis prorsus interdixisse propter causas insequentes necesse duxi. Qui etenim per acrioris succi extravasati depredationem emarcuere, caseosam ejus partem in spissamentum cogunt, unde vascula pertinaciter obturan-

turantur ; Qui à succis putrentibus
 incaluere, butyrosam in bilem ta-
 búmque demutant, citiúsque si mellita
 aut saccharata admiscueris ; Quibus
 dein aquosa stagnatio spiritalia suf-
 fert, iis pectus magis infrigidatur,
 unde ^{avancé d'apour} vel remoratur vel re-
 primitur ; Plerisque denique capitis do-
 lorem intulit. Sero itaque lactis, a-
 quis & potulentis medicatis, pro re-
 nata alteratis, quibus omni sympto-
 mati indicanti satisfacisse valeamus,
 vicem ejus supplere tutissimum adju-
 dicavi.

Histo-

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

E succo mordaciori deprædante & viscosiori vascula infarciēte, adeò contabuit corpus nobilissimi ægro-
tantis quadragenarii, ut tabem ex-
quisitissimam configurabant. Ex-
denegata namque debita nutritiorum
αιναιδοσι superficies & extrema non so-
lum emarcuere, sed increvit febris la-
tica vaga & incerta, obturationum
soboles, quæ hecticam ita mentieba-
tur, ut ipsam Medici alioqui peritis-
simi pronunciabant. Cui ut oc-
currerent, *γαλακτοποσίαν* imperant, pro-
filiunt symptomata graviora, quibus
magis ingemiscens nobilissimus ex-
piravit, dissecati cadaveris ventricu-
lus & duodenum lactis coagulo infar-
ciuntur.

Epati infantis bimuli fervidioris
crassiss

crasis innascitur ulcus & acriorum
 ἀναβρώσεως oriundum, quod ichorem
 in ventriculum regurgitabat, quem
 ventriculus quamprimum excipiebat
 evomuit. Infans verò qui lac ma-
 ternum & vaccinum ante erodentis
 liquoris accessum optimè concoxe-
 rat, postmodum ejusdem coagulum
 ad magnitudinem pisorum conglo-
 batum, & ad duritiem ferè tophorum
 percoctum per secessum deposuit:
 Butyrosam ejus substantiam pure
 commixtam per superiora repurga-
 tam conspexi.

Acida & salina, lactis partes sepa-
 rare & in coagulum præcipitare no-
 rint sciolæ quidem lactariæ, idque ca-
 pitis dolorem non rarò intulisse ga-
 lactophagorum nemo ignoravit.

VIGE-

VIGESIMA SEPTIMA
EXERCITATIO DIANOETICA;
De usu Perdulcium.

INveteravit sane consuetudo tussim sedandi per medicamina & alimenta impensè dulcia, quibus pro basi fuissent mel & saccharum. Nec istiusmodi remediorum usus omnino improbandus, si alia defuerint & tussis acriter presserit; eâ tamen cautelâ, ut inter ramorum defalcationem radix non succrescat. Tussis enim pectori infensissima suffusionis alicujus è sanguine adulterato semper soboles; quæcunque verò ejus ζύμωσις incitant, bilescunt aut putredini apte nata dicuntur, eâque de causa plus damni quàm

emo-

emolumenti importantia, ut mel-
lita & saccharata pœne omnia, in
censu saluberrimorum neutiquam
reputanda; Multo minus jugi re-
mediorum serie permiscenda. A
sanguine quippe spiritûve acriori
tabidis connato concitatiores fer-
mentationem subeunt, à calore in-
tensiori torruere, ab imbelli non gu-
bernantur, unde per spiritum eorum
turgidum ingenitum non rarò sponte
degenerata corrumpuntur.

Histo-

*Historia & Experientia de-
monstrativa.*

Alimenti & Medicamentorum
perdulcium diutius in ventriculo
hærentium (ut in tabescentibus fere
omnibus) damna facile percipiet:
qui ab eorum usu ructus nidorosos
saporem amarum, æruginosum, de-
generationis eorum nequissimæ frui-
tus inseparabiles experietur.

Mellita & saccharata omnia do-
liis & lagænis, parcâ licet manu
imposita musti fermentationem
promovere quis iverit inficias?
verò carnes saccharo consperferis, &
loco mediocriter calenti imposueris
eas maleolentiam deterrimam breviter
subinde contraxisse deprehendes.

Horum

(III)

Horum perdulcium usu non pauci morbi cholere cum sævissimis cruciatibus stipati poenas luunt.

Perdulcia omnia jejuno & fanissimo porrecta, etiam si maturè, non tamen sine pessimo nidore per secesum rejiciuntur.

Hiscæ luem afflant liguriones, qui frequentius morbis putridis & pthisi citius ac contumaciùs corripuntur.

VIGE-

VIGESIMA OCTAVA
EXERCITATIO DIANOETICA

*De Halituum & Suffituum
administratione.*

INter præsidia, evaporationes & suffitus tanquam nobiliora, & quibus unicè in extremis angustiis confidamus, pensitanda. Quæ sine circumstantiarum debita comparatione summotæ obsunt vel incassum adhibentur. Nontamen inficior, si crasin partis species, nulla impediri hujus generis indicato; pulmone etenim aridiores & tensiores horum madore intenerantur, humentes nimisq; laxati illorum ficcitate indurantur, putredine & viscositate oblitescunt, amborum deniq; consortio ulcera sordescencia detergun-

tur

tur, nec non novę affluxurę materię,
 & in partes insurgentis, vis molęsq;
 reprimuntur, simili semper in assum-
 ptis asservato scopo. Si verò intem-
 periem totius contempleris, nec ipsa
 febris huic medelę contraindicasse
 videatur: suffitus quippe tenuissi-
 nę essentię caliditatem ultra spirita-
 lia haud exercuere, ut ut propter
 arias liquoris suffarcientis dispositu-
 as, propter superfusi genium, pro-
 portionem & motum, propter par-
 tis suscipientis habilitatem, & totius
 tolerantiam, varia hujus generis re-
 media conficere, & in usum duxisse
 quorum unicum, quod quemlibet
 suffitum ingreditur, & cuique basis
 est, ad tempus reticui) necessariò
 ductus fuerim.

I

Histo-

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Lobum pulmonis finistrum cuiusdam Mercatoris Londinensis erodebat ulcus, è tussi inveterata fluxione salina hæmoptosin indolente oriundum, quod levis arterie divaricationem lobo insertam unpereserat: cui symptomata omnia quibus pthisis consociata est, ingredebant, in pejus indies ruitura: hilituum denique & suffituum methu dica intermiscela sanus evasit. Quo integritate permanfit per sex annos quo temporis curriculo, meque annuente, Hispaniâ ubi commercium fecerat, vitam degebat incolumem sub initium tamen autumnii nostras petenti, ab impedita portuum usuali *αδισπυδίας*, fluxus convulsio

citatioꝛ totum lobum, ut lateri ad-
hæſerat, replevit: cujus exæſtua-
tionis ſanies pulmonem ita perſu-
dit, ut ſpiritus tranſitum brevi de-
negavit. Diſſecato cadavere, tra-
chæe pars eroſa, cui cicatrix indu-
cta fuerat varicoſa; lobo verò pars
adnata calloſa conſpicitur, reli-
quum pulmonis parenchyma com-
putruit.

Internam arteriæ vocalis mem-
branam per ſalinos affluxus dera-
ſam, tuſſiq; non rarò ejeſtam ani-
madverti, halituum tamen & ſuf-
ſituum uſu regeneratam, ex quo
convaleſcentes aliqui ſuperſunt:
binòſque nuperrimè à pthiſis diu-
turnioris corruptela pulmones fru-
ſtillatim rejeſtantes hiſce, aliis
non prætermiſſis, redintegravi.
Quorum unus ex febre heſtica per
triennium emarcuit, cui dereliſta
tuſſis & durities quædam in media
I 2 parte

parte dextri lobi (quantum è nar-
 ratis conijcere valuerim) avellanæ
 magnitudinem æquans , novâ ve-
 runtamen carne jam vestitus & pri-
 stino robore vicens : alter jam su-
 perstes obesus, cui tussis horis dieû
 diacriticis non admodum molesta,
 sed in cæteris omnibus inculpatus.

VIGE-

VIGESIMA NONA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Fonticulis:

INter omnia præsidia fonticulos
insuper prodesse comprobavi-
mus, per quas datas

portas vi quadam
diacritica, quæ na-
turæ modum non

tenuere, separan-
tur & separata se-
cluduntur; sicut vi

syncritica τὰ καὶ φύσιν

retinentur & assimilantur: quâsque
vires nec Genius Naturæ Hippocra-
tes, nec ipsi quidem dissidentes,
vel crescentibus, multo magis Ani-
matis denegaverint. Ea tamen
cautum sit lege, 1º Ut in partibus

Τὰ φύσιν καὶ ἀσθε-
νεία ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἐλ-
θῇ, ἕλκεῖ ἕκαστον τὸ κατὰ φύ-
σιν αὐτοῦ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ.

i. e. Quæ crescunt & se-
runtur, quando in terram
veniunt, atrahit unumquodq;
quod secundam naturam sibi
familiare in terra inest.

Hipp: lib: de Nat: Huma:
tex: 31.

perviis excitentur, quibus tepor
 maximus & mador sponte fluxerit,
 (viz:) sub axillis, in intercapedine
 musculorum, in flexuris inguinis &
 poplitis, in carpis supra locum ubi
 muscoli replent interstitium ulnæ
 & ossium carpi, nec non inter sca-
 pulas. 2° Ut fiant orificia perlata
 & profunda, ita ut nucleum dacti-
 lorum in suis contineant alveolis
 & si copiosior evacuatio desidera-
 tur, adimpleantur hiatus radice gena-
 tianæ, ligno hederæ arboris detor-
 nato, pari proportionē hermodacti-
 lorum & ceræ, vel tribus ceræ partibus
 unâq; piperis albi, aut turundii
 galangæ adaptatis, alioquin sola ce-
 ra, medulla sambucina, aut pisib; aliis
 quot foramen obturare sufficit, unde
 non rarò

Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor

Hist. libe

Historiæ & Experientiæ de-
monſtratiuæ.

In fonticulorum animadverſione
quicquid *Ἀγωντικῶς* ſibimet ſcioli
argutatores ædificaverint, diruit &
refellit experientia: cruorem quip-
pe ſaluginosum per hos ſecretum
fuiſſe dolor ejus in tranſitu lanci-
nantis, allatūque exinde ægrotan-
tibus emolumentum indicabunt:
fluxionum porrò mitiorum latices
fonticulis ex communi Medicorum
præcepto neutiquam obtemperantes
aut quadantenus ſolummodo de-
mulctos, per exituram perlatam ju-
xta vaſa majora & in flexuris ex
artis lege præſtitutam, prorſus eva-
cuatos fuiſſe cognovimus. Quod
magis elucet in iis qui peſtilitatis
labe contaminati fuere, aut qui
ſuccos

succos sibi putridos in crapula ali-
 áve de causa accumulaverint: pæ-
 doris etenim & virulentię partes
 non contemnendas per hujus di-
 mensiōis fonticulos expurgavere;
 imo in rarioris contexturę indivi-
 duis allii intus assumpti odorem, &
 aceti aut succi limoniorum & au-
 rantiorum acorem tertiâ aut quartâ
 à comestionis horâ exhalando per-
 vadere, & eorum labra incidendo
 vellicare comperimus.

TRI

TRICESIMA

EXERCITATIO DIANOETICA,

De Sudoribus.

SUdores opportunè imperatos & pro *εὐφορία* proleptos scopo nostro non modice inservire concedimus; in quibus ut & in suffituum Methodica intermiscela non minima innititur curationis columna: Hisce etenim impendenti periculo præcavemus, illis novi fomitis scaturiginem depellimus, his partiæ perosæ occurritur, illis novo insultui ex toto affuturo prævenitur; horum ope pars suscipiens & lassata roboratur, illorum verò adjumento blandè rigatur; sudores deniq; viscosa & congelata attenuando deobstruunt, acriora & acida perfundendo di-

diluunt, cruda coquendo maturant
unde sanguis, quo succus omnis nu-
tritius importatur, denuò partes ex-
teriores pristino madore familiari-
ter ac tempestive irrorando nutrim-
ac reficit.

*Historia & Experientia demon-
strativa.*

Equitis aurati Hybernici filio pri-
mogenito ætatis 25. (decem annis &
circiter abhinc retro annis, quum
primò Martius furor ferrei hujus
seculi istius insule infoelicioris inco-
las disjecerat) compilato & ad cute-
usque denudato, sanguis intrò re-
fluus, impedita prorsus per infrigi-
dationem exiliorum circulatione
tam sævis accessionibus ita pulmo-
nes invaserat & perfudit, ut quic-
quid nutrimenti per trimestre por-
rectum fuerat, in viscosam mucila-
ginem

ginem brevi alteratum vel extussit
aut evomuit, & inter manus opem
ferentium ferè xtinguebatur. Per-
pensâ mali aucti & contumacissimi
causâ procatacticâ, non posthabi-
tis quę tussim demulcendo præcel-
lunt, sudores crebrò reiterandos cum
extremarum frictione, & totius su-
perficie calentiori irrigatione præ-
cepimus. Hoc lenocinio corpus in
pellem & ossa fere redactum auxi-
mus & refocillavimus, spiritumque
extremis antea labris oberrantem in
pristinum hospitium, & membra pœ-
nè deserta revocavimus.

Hæmoptoicos peracto per dies
aliquot extravasationis negotio, re-
petitis in stupha sicca sudoribus,
non posthabitis specificis, ultra reci-
divę metum perfectè sanatos collo-
cavimus.

Prolixioris operis esset historias
medendi deploratę ferè sortis tabi-
dos

dos consignare, quorum curatione
 consummarint sudores artificiose pro-
 stituti. In posterum ut frequentius
 imperentur optarim, & ut sensuum
 placitis auscultare dignetur Medico-
 rum hæsitantium turba.

*Quid nobis certius ipsis
 Sensibus esse potest, quæis vera ac falsa notamus.*

AVCTA.

AUCTARIUM.

Sanguinem liquorésq; alienatos
συνωδόνειν, i. e. unà iter fecisse. fat
 (ni toto cœlo aberraverim) probavi;
 quorum circuitum universalem me in
 quamplurimis exercitationibus innu-
 lisse, & experimentis luculenter in
 vivis demonstrasse fategi. Quod
 pensum satius elegisse duxi, quia ex
 conjectura vivorum dissectorum, va-
 culis pro more ligatis, artificiosè li-
 cèt desumpta assequi & absolvisse
δύνατο autumarim. Ex vivis itaque
 divida emergère totalis circulationis
 impedimenta. Nec va-
 TA. a fides sensus & rationis
 ulcris innixa, è qua con-
 fessâ ac stabilitâ doctrinâ
 neutiquam defletere reli-
 gio erit, donec novos con-
 statioris fluxionis canales præter du-
 ctus

*Nihil ineptius
 quam quale quid.
 que vidè extite-
 rit, tale existi-
 mare esse posse in
 moriente, imò
 mortuo. Celsus, p.
 166.*

Etus sanguineos, ancipites & contu-
 maciter dimicantes explicarint; Hau-
 quicquam tamen humane fabricæ
 compage sanguini fluidisque ejus-
 emissariis invium cognoverim. Nec
 acutum ideò laceranda venit methu-
 dus medicinalis, nec ruinam (ut ell-
 mitent) subitura, ut denuò insta-
 retur. Utinam de depuranda, corri-
 genda, & alterandâ, ut scopis singu-
 latim accuratius & efficaciter in re-
 quis morbis adapteretur meditentur
 in quo peragendo, (liberè meditantur
 & dicentium veniâ prius impetratam
 non obstante tetricorum & morosorum
 licet canescentium pervicaciâ) quorum
 instituti rationem experienciâ freti
 & edoctus dehinc *vermōs* fusius & au-
 dacius aliquot in medium attulisse
 assertari spondi.

Per varios usus artem experientia
 fecit, Exemplo monstrante via.

FINIS.

contu
c; Hau
fabrica
re ep
No
metho
ut cla
tristan
corri
singu
in rel
remu
stanti
erati
rolon
quoa
trem
s & au
tubile
verient
te yam

in 125 125

